APHTONII SOPHISTAE PROGYMNASMATA, PARTIM À RODULPHO...

Aphthonius, Reinhard Lorich, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 A
11
B. 19. 41
22
1424
1429
by Google

+

In Pondere, et Mensura

Digitized by Google

Digitized by Google

APHTHONII SOPHISTÆ PROGYMNASMATA,

Partim à Rodulpho Agricola, partim à Ioanne Maria Catanæo latinitate donata.

Cum Scholijs Rheinardi Lorichij Hadamarij damnati auctoris, olim editis, ac prohibitis,

Nunc iuſſu ſuperiorum expurgatis & permiſſis.

SVPERIORVM PERMISSV, & Priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

VENETIIS, MDCXXX.

Apud Ioan. Baptiſtam Combum.

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECTABILI, ET REVERENDO

Admodum Sacerdoti

D. Adamo Molteno Sacræ Theologiæ Doct. & Ven. Heluetiorum Coll. Mediol. Rectori meritiſs.

RR. necnon, religioſiſſimisq́; eiuſdem Collegij Clericis omnibus humanorum, ſacrarumq́; literarum ſtudioſiſſimus. S. P.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

AMoris, ac beneuolentię tantum viget in plerisq; robur, vt vix aliquando moras patiatur, & ſi contingat intercludi, impetu tandem erumpit magno, ſui præbens inditia manifeſta. Neque flumen aliquod reperitur adeò potens, aggeres, & chomata quæcumque rempens, ac remouens, & ſibi viam longè, lateq́; faciens quod queat dilectioni vt mors forti comparari, idq́ue doctus experientia dico: Cum enim ipſe incluſum iamdiu erga te omnibus conſpicuum dotibus humaniſſimum Re-

Digitized by Google

ctorem , cæteroſque piiſſimos adoleſcentes maximum amoris affectum retinuerim , impatiens tandem ille moræ me adortus , inquit , quid fruſtra eius amoris , qui altiſſimas multo antea radices iecit , erga illos , qui diligi merentur ab omnibus , ſucculos ſcindis , nec fructus aliquos in lucem prodire pateris ? rumpe tandem moras , conſilium muta ; eſt namque tibi certo ſperandum fore , vt non paruam tuo nomine gloriam pariam , quòd tam excellenter beneficium , ſi quod eſt , & amorem collocaris , vtque illorum in te mutuus amor hoc excitatus munuſculo augeatur , ac ita ad tua commoda multorum ſcientium animos pares , cui fidem præſtans veritati, aſſeris , reſpondeo verum , poſito nimirum quod fructu priuetur amicitia ſuo , ni mutuus ſit animorum conſenſus , ac vacua quodammodo videatur beneuolentia , ne ſit vtrobique communis : nam hoc ipſum ſuapte natura requirit ; at mea in illos omni digniſſimos reuerentia , contentus ſecreta beneuolentia hoc tacitus amoris actu fruebar ſuauiſſimo. Cæterũ cùm ſum-

mas

mas acquiſiuerit vires ecce ad omnes prouenicns illius virtutis ſignum; quod gratum, & acceptum in religioſiſſimis illis viris, qui ſingulari præſtant humanitate, me certiſſimũ faciunt optima rectoris vrbanitas, & inſignis eiuſdem in rebus gerendis prudentia, & in intelligendis ſapientia omnium etiã, qui ſub illo fæliciter degunt ſtudioſiſſimorum adoleſcentũ doctrina, ſtudium, pietas, cæteræq; animorũ dotes tot, ac tantæ, vt munus illas referẽdi refugiat ſcriptor quiuis elegãtiſſimus: Quamobrem hiſce cõfiſus ad vos ſumma colendos obſeruantia trahor ſumma cum animi mei iucũditate, & vtinã qui altas egit radices amor, ac nũc primum ſigna præbet, fructus afferat in poſterũ copioſiores, cũ ſic nõ vulgaris cuiuſq; veſtrum bonitas meaq; expoſtulet beneuolentia. Id ſpero futurũ. Interim qui humanitate vincitis omnes ſignũ hoc dilectionis quãtulũcũq; eſt hilari frõte ſuſcipite ac mei, ſi dignũ ducitis, qui apud vos quoquo modo reperiar, memoriã sẽper, ore ſeruato.

Reuer. adm. Domin. tuę, & ſingulorum in Heluet. Coll. degentium pietatis.

Seruus addictiſſ.

Ant. Ant. Bibliopola Mediol.

Digitized by Google

BIBLIOPOLA LECTORI.

VAldè vtiles Aphthonij exercitationes, doctiſſimaq; progymnaſmata à quam plurimis ſæpius requiſita, typis iterum dare multo quàm antea emendatiora, ac longè meliori diſpoſita methodo opere pretium duxi quò multorum optatis ſatisfacerem; ac animi mei in omnium vtilitatem ſtudioſorum non mediocrem propenſionem demonſtrarem quæ aſſecuturum me tunc credam, cum huiuſmodi labores mei non ſpernentur, accipe igitur quiſquis iſta legis tum auctoris elucubrationes, tum etiam bibliopolæ ſtudioſam admodum voluntatem, illamq; externis officijs recognoſce. Vale.

IN-

INDEX

PROGYMNASMATVM APHTHONII.

FAbula 1

Fabulæ exempla 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10. & 11.

Fabularum tractatio 12

Alia Fabulæ exempla. 12.13. & deinceps.

Narratio 28

Narrationis exempla. 29. & deinceps.

Chreia 41

Chreiæ exempla. 42. & deinceps.

Sententia. 83

Sententiæ exempla. 85. & deinceps.

Deſtructio ſiue Refutatio. 103

Deſtructionis ſiue ſubuerſionis exempla, 116 & deinceps.

Confirmatio ſiue aſſeueratio. 125

Confirmationis exempla ibid. & deinceps.

Locus communis. 146

Exempla communis loci. 147. & deinceps.

Laus, ſiue laudatio. 175

Laudis exempla. 176. & deinceps.

Vituperatio. 254

Digitized by Google

Exempla vituperationis.ibid.& deinceps.
Comparatio. 274
Comparationis exempla 275.& deinceps.
Ethopœia. 287
Ethopœia exempla.288.& deinceps.
Deſcriptio. 313
Deſcriptionis exempla.214.& deinceps.
Theſis. 339
Exempla Theſis 340.& deinceps.
Legiſlatio. 362
Legiſlationis exempla: ac primum accuſationis legis.366 & deinceps.
Deinde exempla confirmationis legis. 368
& deinceps vſque in finem.

IN-

INDEX EORVM, & verborum in hoc Libello explicatorum.

A

AChaia	197
Achilles	275.294
Achillis mors	276
Acropolis	317
Actium	220
Adiuncta	245
Adonidis horti	182
Adonis	33
Adulatio	361
Adulterij pœna	244
Æacus	276.279
Æta	309
Aegina	198
Aeneas	73
Aequalitas	139
Aeſopi fabulæ	9
Ageſilaus	47.231
Agrigentum	263
Alcibiades	292
Alcinoi ſyluæ	183
Alexander	321
Alexander Magnus	45.70.73.106.164
Alexandriæ	315
Alexandriæ arx.	ibid.
Ambracia	197
Amicis quid tribuendum.	17
Amicitia	170
Amicitia ollaris	262
Amilcar	268

Amor 74.116
Amor cæcus 136
Amphion 210
Amphipolis 261
Amplificandi exempla 24.248
Amplificatio 151
A'ναγκδὴ 109
Andromache 309
Andromede 314
Annibal 248.266
A'ντιπελαργειν 210
Antiope 306
Antiſthenes 50
S. Antonij habitatio 326
Apollo 113
Appij Cæci filia 171
Aquila 14
Arces quaſi arctrices 315
Archeſilaus 101
Archidamus 199
Argumentum 292
Argus 299
Arion vectus à Delphino 116.157
Ariſtides 204.292
Ariſtippus 51.333
Ariſtoteles 202.135
Arnæus 89
Artaxerſes 105
Aſdrubal 268
Athenæ 195.205
Attica 200
Attilius regulus 268
Auaritia 172.353.360
Auguria. 87
Bac-

B

Bacchanalium ritus	122
Bellona	201
Bras	329
Bononienſis academiæ	246
Bos pulcher	183
Bucephalus.	ibid.

C

Coeneus	300
Cæſaris Commentarij	246
Caligula	89
Cambyſes	78
Capaneus	73
Tria cappa peſſima	8
Carbunculus	351
Κατασκευή	115
Catilina	65
Cato	357
Cato Vticenſis	136
Κατόρθωμα	52
Cauta	341 345
Cauſarum locus	242
Cecropidæ	196
Centauri	280
Chimerion	321
Chiron	381
Chronographia	321
Cicero	65. 282
Ciceronis mors	283
Ciceronis oratio pro M. Marcello	246
Ciconia	211. 229
Cilices	8
Circe	120
Cleanthes	

Clementia 349
P. Claudius 37
Clytemneſtra 137
Cocles 145
Codrus 83
Cœleſtis iniuria 350
Cœlibatus 353
Cœranus 142
Κόλασις 52
Commiſeratio 152. Comparatio 274
Concluſio 152
Concordia 50
Confirmatio 125
Confutatio 109
Coniectura 153
Coniecturalis cauſa ibid.
Conſuetudo 167
Conſuetudo contagioſa 10.90
Conſultatio 339.345
Continentia 349
Contumacia 168
Corcyra 196
Coronæ victorum 351
Cortina 124
Corys rex Thraciæ 44
Craſſus 330
Crates 51.101
Cretenſes 75
M. Curtius 83
Cyclops 204
Cyllarus equus 183
Cypros 8
Cyrus Rex 56.203.331
Cyſſeis 305
Daphne

INDEX.

D

DAphne 110.115.126
Dardanus 275.279
Decij 83
Delphini 138
Delphinorum amor erga homines 140
Democratiæ 289
Democritus 346
Demoſthenes 283
Demoſthenis labores 52
Demoſthenis laus 205
Demoſthenis mors 286
Deorum nomina 324
Deſcriptio 313.317
Deſidia 66
Dicendi genera 294
Dido 135
Dij 202
Diogenes 43.47.49
Dionyſius 49
Diuitiæ 172.359
Diuitiæ veræ 337
Diuitiarum affectio 47
Diuitiarum mala 99
Doctrina 42
Δυσκολος 168

E

EBrietas 45.158
Echetus 263
Aetion 307
ἔλεγχος 294
Eloquentia 209
Elphenor in porcum. 119
Empedocles 263

Enco-

Encomion 181
ἐνέργεια 317
Ennius 56
Entuſiaſmus 129
ἔπαινος 181
Epaminundas 351
Epheſij 9
Ephori 199
Epilepſia 163
Epimythium 11
Equeſtris faſtus 47
Ethopœia 287
ἔθος 295
Euclides 103
Eupolia 292
Euripides 361
Euryſtheus 302
Euttapelus 101

F

FAb. Maximus 65
Fabula vnde dicta 2
Fabula Demoſthenis 4
Herodis Attici ibid.
Menenij Agrippæ 4
Themiſtoclis ibid.
Fabula de Accipitre, & Luſcinia 25
Agricola, & Ciconia 12
Barbaro ruris colendi ignaro 4
Caſſita 16
Formicis, & cicadis 2. 19
Fure 10
Iuuene deſideroſo 23
Leone, & vulpe 11
Lupis, & ouibus 4

Medico

Digitized by Google

Medico, & ægroto 10
Membris & ventre 4
Mure vrbano & ruſtico 15
Simijs 13
Venere & roſæ 29
Voluptate & dolore 12. 13
Vulpe hirundinibus obſeſſa 9
Vulpe muſcis obſita 4
Fabulæ definitio, & ſpecies 1
Fabulæ Lybicæ 7
Fabulæ Sybariticæ 6
Fabularum inuentor 4
Fabularum vſus 3
Facta laudandi ratio 242
Faſtus 49
C. Flaminius 273
Fons Piſiſtratarum 325
Forma 129
Fortitudo 204. 348
Fortuna 88. 154
Fruſtro, fruſtror. 259

G

Gnatones 305
Γγλώμι 153
Gratitudo 347
Gyati 171

H

Hadamariæ incendium 336
Hanno 269
Hector 275
Hecuba 184. 265. 305
Helena 267
Ηρᾳλης 290
Heraclitus philoſophus 44

Her.

Hercules 70.135.290
Heſiodus 25.66
Heſperidum horti 182
Hieronymus 84
Hiſtoria 31
Hominis laus a bonis Fortunæ 183
A corporis 186
Animi 188
Mortem ſecutis 192
Hominum miſeria 91.350
Homo 51
Homo bullæ 91.301
Honeſti partes 350
Horatius cocles 145
Hoſpitalitas 85
Hymnus 181
Hypotheſis 345
Hypotypoſis. 320 322

I

IAſon 310
Icon 318
Idolopœia 290
Ignauia 21
Ilias Homeri 14
Illiris 291
Imitatio 290
Improbatio 112
Incendiarij 156
Ioſeph 53
Irus 93
Iſocrates 42
Iulius Cæſar 341
Iuno cur pronuba, & Lucina. 200

Digitized by Google

L

Labor 1
Lacedæmonij 72
Laconum conuiuia 47
Ladon 141
Lanus 215
Laomedon 26.5.279
Lapitha 165
Latona 267
Laus 175
Legiſlatio 362
Lesbos 197
Leucoſia 22
Lex 160.361.367
Lex Aemylia 370
Cincia 369
Cornelia 93
Fuſia 363
Heluetiorum de ebrietate 377
Iulia 367
Licinia 370
Oppia 369
Roſcia ibid.
Sumptuaria ibid.
Talionis ibid.
Voconia ibid.
Liberi parentes alant 373
Ligya 22
Locus communis 146.160
Locus communis à Theſi differt 346
Lucretia 136
Lycurgus 21

Ma-

INDEX

M

MAcaria 83
Macedones 252.257
Macedonia 260
Magiſtratus officium 104
Magneſia 262
Mali corui malum ouum. 106
Academiæ Encomion 210
Mars 200
Matrimonij laus 341
Matrimonij mala 350
Matrimonij vituperatio 352
Mauſolus 232
Medea 310
Memoria 357
Menander 294
Metellus Numidicus 351
Mezentius 73
Mida 20
Mimeſis 290
Mileſij 8
Milo 24
Minerua 200
Modeſtia 349
Monarchia 89
Mori bonum 81.358
Mors ibid.
Mors qualis optanda 268
Moryſes 101
Mulier 355.370
Muſa 129
Μυσαγετής 114

Narra-

N

NArrationis poeticæ genere 35
Naupactus 196
Neptunus 201
Neſtor ibid.
Niobe 289.296.289
Non omnia poſſumus omnes 78
Numa Pompilius 74
Νοϑεσία 52
Nyctæis 306

O

OBediendum Deo 71
Obedientia 170
Obſes 260
Odyſſea Homeri 4
Oenone 265
Officium 52
Olea 183
Oligarchia 89
M. Oppius 369
Oratores 35
Orpheus 210

P

PAedagogia 51
Pegaſa 262
Palamedes 201
Pallas 200
Pallene 261
Παράδειγμα 52
Παραίνεσις ibid.
Parentes honorandi 363
Paris 264
Parricidij pęna 376
Parthenope 27

Paſi-

Paſiphae 135
πάθος 295
Patrię amor 87
Patroclus 294
Paupertas 92.363
Paupertas laudata 136.92 99
Pecunia 86
Pecuniæ corruptela 92
Pecuniæ obediunt omnia 60
Pelaſgiæ 196
Peleus 121.280
Pelias 311
Pella 255.259
Peloponneſus 197
Peneus 115
Pericles 199
περιήγησις 318
Perſeus 324
Phalaris 263
Pheræ 262
Philippi dictum 267
Philippi mors 262
Philippus Maced. Rex. 93.207.257.260
Philippi Maced. Regis genealogia. 260
Phębades 115
Phœbus ibid.
Phormio 290
Phrygia 264
Phthia 279
Pietas in parentes 372.375
Piſiſtratarum fons 330
Platæa 196
Plato 22.62.67.75.102
Q. Plemminius 105
Pœo-

Pœones 260
Poetæ 129
Pollio Romulus 374
Pompeius 40.322
Porci Acarnanij 144
Portunus 201
Portus deſcriptio 321
Poſitio 345
Potidææ 261
Præexercitamenta quatuordecim 2
Priamus 269.280
Primitiæ 152
προβολος 282
Procuſtes 263
Proſopographia 335
Proſopopœia 287.292
Prouidentia 288
Prudentia 257
Ptolomæus Lagi 105
Pulchritudo triplex 130
Punica fides 267
Puniendi cauſæ tres 30
Pylos 198
Pyramides 324
Pyramus, & Thysbe 35
Pythagoras 45
Pythia 115
Pythius ibid.
Python. ibid.

R.

Refutatio 109
Romus cuius 226
Reipub. ſtatus triplex 89
Rhetores 30

Digitized by Google

Romani ciues 195
Rubigo. 351

S

SAcrilegus 166
Saguntini 271
Samij 75
Sapientia 62.203
Sapientiæ laus 63.200
Satietas omnium rerum 80
Saturnus 21
Scarabæus 13
Scilurus 50
Scipio 184
Senectus 375
Senectus laudabilis 356
Sententia 153
Sententiæ compoſitæ 86
Sententiæ ſimplices ibid.
Seriphius 195
Serpentum deſcriptio 338
Sirenes 25
Sobrietas 160
Socrates 50.59.67
Solon 69
Somnolentia 202
Somnus nimius 66
Sophiſtæ 30
Sophocles 351
Σοφροσυνὴν 260
Sparta 348
Sphacteria 215
Stadium 325
Stilpo 68
Stoici 182

Stoicorum Apathia 4
Sybaris 6
Sybaritæ ibid.
Sybaritas mollities perdidit. 7

T

Tantalus 297
Tarquinij 107
Tarquinius 44
Temeritas 204
Temetum 144.159
Tempes 112
Temperantia 349
Tempus 229
Temulentia 159
Terentius Varro 60
Tethys 281
Themiſtocles 195
Theodorus 59
Theognis 85
Theſes ciuiles 346
Theſes contemplatiuę ibid.
Theſis 341
Thetis 281
Thraces 59
Thracia 261
Thræſo 309
Thucydides 100.197
Thucydidis laus 176
Tiberius Cæſar 104
τιμωρία 52
Tomyris regina 37.351
Topographia 321
Topotheſia 221
Tribali 250

Digitized by Google

Tripodes 115
Troiæ conditores 279
Troianorum fata 282
Tyrannicidarum præmia 154
Tyrannis 106
Tyrannus 153

V

M. Valerius Coruinus 145
M. Valerius Publicola 340
Venus 8
Virgilius 78
Vigilantia 86.97
Vinum 144,227
Virginitas 148
Virtus labore comparatur 128
Vita humana 90
Vituperium 194.254
Vlyſſes 94.22
Vnus vir nullus vir 79
Voluptas 23.350
Vrbes laudandi ratio. 234
Vulcanus 201
Vulgi peruerſitas 47
Vxor non ducenda 352

Z

Zeno 182

Tabula finis.

Digitized by Google

APHTHONII DECLAMATORIS præexercitamenta.

FABVLA QVAE GRAECAE ΜΥΘΟΣ.

FAbula traxit a poetis originē, quā Rhetores etiam cōiter vtuntur, ꝙ admonitionibus ſit idonea, & erudiendis imperitionibus apta. Eſt autē Fabula, ſermo, falſus, veritatem effingens.

Varias ſortitur appellationes. Nā modò ſybarica, modò Cilix, modò Cypria dicitur, receptis pro Inuentorum varietate nominibus. Obtinuit tamen, ac euicit, vt potius Aeſopica vocaretur, quòd Aeſopus omnium optimè fabulas conſcripſerit.

Sunt autē fabularū aliæ rōnales, aliæ morales, aliæ mixtæ. Rationales ſunt, q̄bus fingimus hoīem aliquid facere. Morales, quæ ratione carentiū morē imitātur. Mixtæ, in quibus vtrūque rationale & irrationale iungitur. Quód ſi admonitionē, cuius cā fabula inuēta eſt præpoſueris *προμυθιον*, id eſt, vt ita dixerim Pręfabulare; Si veró poſtpoſueris, *ἐπιμύθιον*, hoc eſt, Ad abulationem appellabis.

EXEMPLVM FABVLAE FORmicarum, & Cicadarum, Iuniores, ad laborem adhortantis.

FLagrans æſtatis erat feruor, cũ Cicadæ continuis indulgebãt cantilenis, lætoq; inter arbuſta ſtrepebãt carmine. At Formicæ laboribus intẽtæ, victũ q̃rebãt, colligebãtq; fructus quibus hyberno tẽpore veſcerentur. Ingruente igitur hyeme, partis formicę nutriebãtur. Sed *Morale.* inertibus cicadis oblectans illa voluptas ceſſit in inopiam atq; famen. Sic qui laborem in iuuenta ſubterfugiunt, in ſenecta tabeſcunt egeſtate.

Scholia

QVintilianus optimus eloquẽtię magiſter; præcipit, adolſcentes in minoribus dicẽdi facultatis operibus ante exercendos eſſe quã ad magnum illud Declamationũ opus perducãtur. Sunt autem opera minora quatuordecim.

Fabula. Narratio, Chreia Sententia, Cõfutatio. Cõfirmatio, Locus cõmunis Laudatio, Vituperatio Cõparatio, Ethopœia, Deſcriptio, Theſis, Lagislatio.

Quę vt pueri memoria facilius tenere poſſint, verſiculis hiſce trib⁹ sũ cõplex⁹

Fabula, Narrat. Chreiæ, Sẽtẽtia, Futat
Confirmat, Locus haud priuus, Laus Crimina, Confert,
Fictio, Deſcriptum, Theſis, ac inductio legum.

Quo-

Quorū illa ſunt generis.
- Deliberatiui.
  - Fabula.
  - Narratio.
  - Chreia.
  - Sententia.
  - Theſis.
- Iudicialis.
  - Confirmatio.
  - Confutatio.
  - Locus cōmunis.
- Demóſtratiui,
  - Laus,
  - Vituperatio.
  - Imitatio.
  - Comparatio.

FAbulę autē, ſecundum Marcū Varronem, à verbo Fari, nomen habēt. Has primas tradere pueris ſolent Oratores, quia animos eorū adhuc molles ad melioras facilè via inſtituunt vitæ, vt ait Priſcianus Delectant autē vehemētius & efficacius perſuadēt. Delectant, quia morū faceta quadam imitatione capiūt imperitorū animos, Fidem faciūt, quia nerū veluti ponunt ante oculos. Nō ſolùm autem conducunt ad oblectandū, ſed etiam vim maximam habēt ad permouēdum, atque perſuadendum. Hinc Ariſtoteles 2. Rhetoricorum eas ponit inter probationes Rhetoricas.

A Poetis &c. Heſiodꝰ (authore Suida) primus omniū fabulas conſcripſit. Qui anni cētū, atque tribus ſuperior Æſopo fuit. Quintilianus lib. 5. c. 11. Fabularū, inquit, primus author Heſiodus videt̃. Atqui poetæ figmētis quidē vtūtur, ſed

Digitized by Google

ijſdem altiſſimā continent philoſophiā.
Elias Odyſſea. Exemplo ſit Homerus, cuius Ilias oſtendit, quantum calamitatis afferat libido. Odyſſea virtutis exempla expreſſit. Vide Hor. 1. Epiſtolarum 2.

Qua Rhetores ēt, &c. Vt Menenius Agrippa, qui plebē cū patribus in gratiā tradr̃ reduxiſſe. Nota illa de mēbris humanis aduerſ⁹ vētrē diſcordātib. fabula.

Fabula Demoſthenis Itē Themiſtocles, ꝗ admoniturus Athenienſes, nè magiſtratus innouarēt, fabulā de vulpe muſcis obſita denarrauit.

Itē Demoſthenes, aduerſus Philippū, ab Athenienſibus decē oratores poſtulātem: Lupi, inquit, ſuaſerūt paſtoribus, vt in amicitiam conuenirent. Cūq. hoc paſtorib. placuiſſet, petierūt lupi, vt prima, ſibi vice ſecuritatis canes traderēt, ī quibus videbatr̃ occaſio iurgiorū cōſiſtere. Quo facto, lupi, oī adempta formidine, omnē gregē nō ſolùm pro ſatietate, ſed etiā pro libidine, lacerauerūt. Sic inquit, ſublatis Oratoribus, in populo Atheniēſium facturus eſt Philippus, qui populi oratores poſtulauit, vt facilius ſpoliatam cuſtodibus vrbem poſſit opprimere.

Apathia Stoicorum. Fabula Attici. Item Herodes Atticus cōtra Stoicorū ἀπάθειαν: Thracius, inꝗt, homo, ex vltima Barbaria ruris colēdi inſolēs, cū ī terras cultiores, humanioris vitę cupidine cōmigraſſet, fundū mercat⁹ eſt, olea atq. vite cōſitū, ꝗ quia nihil admodū ſuper vite, atque arbore colenda ſciret, videt forté vicinū rubos, latè, atq. alté obortos

or-

Digitized by Google

excidentē, fraximos ad ſummū ꝓpè verticē deputantē, ſoboles vitium è radicib. caudicū ſuper terrā fuſas reuellentē, ſtolones in pomis, autoleis proceros atque decerptos amputantē: Acceditq. propè, & cur tantā ligni, atq; frondium cędē faceret, percōtatus eſt. Et vicinus ita reſpōdit, vt ager, inquit, mundus purusq; fiat, eiuſq. arbor, atq. vitis fœcundior. Diſcedit ille a vicino, gratias agēs, & lætus, tāquā adeptus rei ruſticæ diſciplinā. Tum falcem ibi, atq; ſecurim capit, atq; ibi homo miſer, & imperitus vites ſuas ſibi oēs, & oleas detruncat, comaſq; arborum lętiſſimas, vberrimoſq; vitiū palmites decidit, & frutera, atq; virgulta ſimul oīa, pomis frugibuſq; gignendis fœlicia cū ſentibus, & rubis, purificandi agri gratia cōuellit, mala mercede doctus audaciā, fiduciamq; peccandi imitatione falſa eruditus. Sic, inq̄t, iſti apathiæ ſectatores, q̄ videri ſe eſſe trāquillos, & intrepidos, et immobiles volūt, dū nihil cupiūt, nihil dolēt, nihil iraſcūtur, nihil gaudēt, oīb⁹ vehemētioribus animi affectibus amputatis, in corpore ignauę, & quaſi eneruatæ vitæ cōſeneſcūt. Hæc Gell. li. 19. c. 12.

Nec oratores tātū fabulis vtūtur, ſed ēt Philoſophi, à quorum ſacrario tamen in cunas nutricum eliminātur, quæ ſolas aurium delitias profitētur. Admittūtur autē, quæ legentis intellectum adhortātur ad virtutes. Vide Macro. de Som l. 1. c. 2. Eiuſmodi fabulæ exemplum habe-

Digitized by Google

tur apud Platonem lib. 2. de Repub. Et Ciceronem Offi. 3. de Gygis annulo.

Sermo falſus &c. Quamuis fabuloſa ſint arguméta, & nullā veritatis vim cō tinere videātur: tñ rōnem habēt, vt iuxta eā veritas poſſit manifeſtari, ficta quidē narratione, ſed veraci ſignificatione.

Sybaris. Sybaritica, &c. Sybaris oppidum fuit vicinum Crotoni, vt teſtis eſt Herodotus, lib. 5. Stephanus in Italia conſtituit, atque poſtea Theurion appellatum. Vn-*Sybarita.* de Sybaritæ dicti gens in voluptatum architectura operoſiſſima.

Nā, Suida teſte, luxu delitijsq. adeo notabilis fuit, vt q̃cq̃d effœminatū, q̃cq̃d molle, q̃cq̃d accurata atq; ambitioſa lu-*Fabula. Sybaritica.*xuria paratū eſſet, id vulgò Sybariticū diceret. Hinc Sabariticæ fabulæ, quales fermè apud Æſopū aniles, & parū pudicæ vocātur à Suida pp nimiū luxū, ac libidinē Sybaritarū, apud quos nugæ ac voluptates in p̄tio, frugalitas odio fuit. Hos ex Aphricano Politianus Miſcellaneorū 15 narrat, eò delitiarum veniſſe, vt equos, in cō uiuia introducerēt, ita inſtitutos, vt audito tibię cātu, ſtatim ſe tollerēt arrectos, & pedibus ipſis prioribus vice manuū geſtus quoſdā chironomiæ motusq; ederēt ad numeros ſaltatorios. At .n. tibicē, inq̃t, ibi quiſpiā cōtumelia adfectus transfugit ad Crotoniatas hoſtes, paulò ante prælio ſuperatos à Sybaritis; & q̄d è Rep. foret illorū, pollicetur (ſi fidē mō habeāt) ſua opera Sybaritarū *Sybarita mollities.*

cun-

cunctorũ equites, in ipſorũ vẽturos poteſtatẽ. Credita res, & belli dux creatus à Crotoniatis tibicẽ, cõuocat omneis, quotquot eiuſdẽ forẽt in vrbe artis, artificiũ, modulamentumq; eis indicat, atq; vt viſũ tẽpus, ꝓcedere in hoſtẽ iubet. Sed .n. Sybaritæ faſtu præturgidi, qđ equitatu ſuperabãt, eũt cõtra, præliũ cõferũt. Hic aũt repentè dato ſigno tibicines vniuerſi cõſpirãt. Ecce ibi igitur cõfeſtim modulamine agnito, cãtuq; illo vernaculo, tollũt, erigũtq; ſemet in pedes equi Sybaritarũ, ſeſſoribus excuſſis, & qđ tripudiũ domi didicerãt, ẽt in acie exhibẽt. Ita capti oẽs equites ſed humi iacentes omnes equi, ſe tripudia repręſentãtes. Nõnulli referunt tantã Sybaritarũ fuiſſe mollitiẽ, vt nullũ opificium in ciuitatẽ admitterent, qđ cũ ſtrepitu exerceretur, quod genus eſt fabrorum ferrariorũ, & lignariorũ. Atq; adeo, ne gallum quidẽ gallinaceũ in ciuitate fas erat alere, nè quid eſſet, quod illis ſomnum interrumperet. *Tripudium equi.*

Modo Cilix, &c. Cilix à Cilicia minorit Aſię regione Syrię proxima, vt meminit Plinius lib. 5. c. 25. Cilicum autẽ vanitas, & mores olim fuerũt notati. Hinc prouerbiũ *κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει*. Cilix haud facilè verum dicit. Itẽ, tria cappa peſſima, quo notatæ gẽtes, Cappadoces, Cretenſes Cilices. Priſcianus in præexercitamentis ſuis fabulas ponit Lybicas, à Lybia, q̃ vt variarũ færarũ, ac monſtrorũ eſt ferax: ita gentis ingenia fuerũt ad *Cilices.*

fabulas propenſa. Et prouerbio, Lybicā feram appellabant hominem vafrū, callidum, verſipellem varijs moribus, ancipitiq; ingenio. Et Lybicorū Apologorū meminit Ariſtoteles in Rhetoricis.

Cypr. Modo Cypria, &c. Dicta à Cypro, q̄ inter Syriā, & Ciliciā, inſulā, in mari Carpathio famoſa luxu. In qua ſunt Cypros, Cythera, Paphos, Veneri conſecratę. Vnde Venus Κύπρις, Cytherea, & Paphia dicitur. *Mileſii.* Fuerūt & Fabulæ dictæ Mileſiæ, à Mileſijs, Ioniæ populis, qui luxu diffluebāt, ex eoq; ꝓuerbiū Græcè fertur, *οἴκοι τὰ μιλήσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε*, hoc eſt domi, nō hic Mileſia. Recēſet Polit. Miſcellaneorū c. 17. Apul. in principio Metamorphoſeos totius. At ego, inq̄t, tibi ſermone iſto Mileſio varias fabulas cōferā, hoc eſt iuxta Beroaldi interꝑtationē, fabuloſo, lepido, iocoſo, delicato, ludrico, à Mileſijs, q̄ delitijs, & vt dixi, luxu fuere notabiles. *Epheſii.* Quorū eſt illud memoratiſſimū. Nemo nr̄um frugi eſt, alioqui cū alijs eijciatur. Simile Epheſiorū dictū. Qui cū Principē Hermodorū ciuitate expellerēt, ita locuti sūt, nemo de nobis vnus excellat, ſed ſi quis extiterit, alio in loco; & apud alios ſit. Auctor Cic. Tuſculan. 5.

Æſopicæ &c. Apollon. Tyaneus apud Philaſtratū l. 5. ait, Ego vero fabulas Aeſopi ad ſapientiā accōmodatiores, quàm cæterorum eſſe cenſeo; quas à Mercurio *Aeſopi fabula.* docet acceptas, Aeſopūq; in numero ſapientū habitum. Vnde eius fabulæ in tā-

to

to fuerũt vſu, vt q eas nõ legiſſet, indoctior reputaret͂ Quintil. loco ſupracit. Fabulæ, q̃ etiã ſi ab Aeſopo originẽ non acceperũt, (nã vr̃ earum primus author Heſiod.) nomine tñ Aeſopi maximè celebrantur; ducere animos ſolent, p̄cipuè ruſticorũ, & imperitorũ, qui & ſimplicius, q̃ ficta ſunt audiunt, & capti voluptate, facilè his, quib. delectãtur, cõſentiunt. Cuius rei meminit Lãcil. l. 6 c. 14.

Sunt aũt Apol. maximé compoſiti ad popularitatẽ, atq; vim perſuaſionis, cuius generis ille, qui fertur ab Aeſopo cõpoſitus, in ea orone, in qua Sami primariũ quẽdã capitis poſtulatũ, iudicio defendebat. Vulpes, inquit, fluuiũ trãſitura, in foueã cecidit, inde cũ egredi non poſſet, longo tpe afflictata eſt, atq; hirudinib. obſeſſa. Errabat illac forte fortuna erinace⁹, deſpexit, miſertus eſt, tũ interrogat, nũqd ſe illic liberari vellet, opẽ atq; operã ſuã pollice͂t peſſimus aĩalib. euellẽdis Negãte illa ſciſcitatus eſt cauſã. Quia inquit hirudines hæ, q̃ me habẽt, iã expletæ sũt sãguine, atq; depaſtæ, parumq; amplius hauriũt, qđ ſi abegeris, inanes aliæ, & famelicæ irruẽt, q̃ reliquũ mihi sãguinẽ ebibent. Idẽ vobis, viri Samij, cẽſeo cogitandum eſſe. Hic, quẽ vos morte multandũ putatis, nihil vobis efficit amplius, iam locupletatus eſt, iam ſatur eſt. Quod ſi é medio illum ſuſtuleritis, inuadent alij pauperes, qui rem veſtrã publicã depopulabunt͂. Cu- *Apologus Aeſopi.*

A 5 ius-

ius meminit Ariſtot. 2. Rheticor. c.38.

Rōnales,&c. Quibus hoīes fingūtur aliquid operari, cuius generis illa: Medicus ęgrotū curabat, ægroto mortuo ille efferentib. dicebat: Hō hic ſi vino abſtinuiſſet, et clyſterib fuiſſet vſus, nō interijſſet. Ad ea rn̄dit q̇dā. Nō oportet hęc te nūc dicere, cū nulla eſt vtilitas, ſed tūc admonere d̄cebat, cū ęgrot⁹ his vti poterat. Fabula ſignificat, oportere amicos tp̄e neceſs. ſuccurrere, & auxilia p̄bere.

Apologus de fure. Itē. Puer è ludo literario condiſcipuli librū furatus domū tulit. Mater nō corripuit filiū, ſed exoſculata laudauit. Puer ætate p̄uectus maiora cępit furari. Furto deprehēſus rectè ducebat̄ ad mortē. At ſequēte, ac lugēte matre carnificem orabat ille, vt in aurē matri quiddā narraret. Cū mater ori filij ſe admouiſſet, ille aūt dētibus demorsā abſcidit matre, & alijs accuſantibus, quod nō ſolū fur, ſed ēt impius haberet̄. Rn̄dit ille, mater mea cauſa perditionis eſt. Nā ſi cū olim furatus eram librū, me corripuiſſet, non ad hæc flagitioſa crimina veniſsē. Quæ ſignificat, ea quæ non in principio ponuntur, in maius augeri malum.

Fabula de Leone. Morales,&c. Cui⁹ generis illa. Leo ſenio confectus, cū vires non ſuppeterent ad victū parandū, callidū cæpit cōſiliū. Itaq; in antro, quaſi periculoſo morbo correptus, decūbens, q̄d ad ipſum viſendū paſſim animantes reliquæ aduenirēt, p̄henſas illas deuorabat. Atq; ita ma-

gna

Digitized by Google

gna beſtiarũ multitudine a Leone abſũpta, accedit rãdẽ, et vulpecula ad antrũ, & ante illud ſubſiſtit hęſit abũdè circũſpectãs: Tũ leo, quid eſſet, cur nõ adeat ad ſe, rogat. At illa, id quod in Epiſtolis. Horatius retulit, reſpondiſſe fertur.

Quia me veſtigia terrent:
Oĩa te aduersũ ſpectãtia nulla retrorsũ.

Fabula docet, prudẽtes ante pericula cauere ſibi, & ea ſigna, quib. mala portendantur, notare, & hæc effugere.

Mixta, &c. Qualis illa de agricola, & Ciconia.

Inter grues cępit agricola, et ciconiã. Hæc deprecata ab illo vitam, nõ ſolũ innocentẽ, ſed ẽt piã ſe, & hominibus prodeſſe cõmemorat. Nã & noſtrũ genus, inquit, venenatas beſtias venatur, ac deglutit, & effœtos ſenecta parẽtes geſtat, atq; ſublevat. Huic reſpõdit Agricola: Credere ſe vera eſſe oĩa, q̃ recenſuerit, ſed inter nocenteis captã, eandẽ oportere pœnã ſufferre, q̃ illi. Fabula ſignificat ſimilẽ quẽque haberi ijs, cũ quib. cõſociatus, & inter quos deprehẽſus fuerit. *Agricola, et Ciconia fabula.*

Eπιμύθιον, &c. Cæterũ, q̃d ἐπιμύθιον, id eſt, Apologi interpretationẽ appellãt, non admodum refert initio ponas, an in fine. Quamquam, & hinc incipere licebit, & in hanc deſinere, modò ſermonis accedat varietas. Sunt qui velint, eiuſmodi fabularum expoſitiones in fine ponẽdas, ab ijs, qui fuerint earundẽ inuẽtores. Ab alijs in principio, vel in fine.

Digitized by Google

DE TRACTATIONE fabularum.

BReuius fabulæ tractantur, ſi narratione ſimplici proferãtur, fuſius autẽ ſi perſonis inductus ſermo fingantur, quemadmodũ Priſcianus ait. Exẽpli cauſa. Simiæ conuenerunt, & conſilium habuerunt de vrbe condenda, & quia placuit illis, paratæ erant incipere ædificationem. Sed vetus inter eas prohibuit ab incepto, eas docens, quod facile capiantur, ſi intra muros, concludãtur. Fuſius aũt ſic. Simiæ conuenerunt, & conſiliabant̃ de vrbe condenda, quarum vna in medium veniens concionata eſt. Quia oportet ipſas quoque ciuitatem habere. Videris.n. aiebat, quod ciuitates habendo homines habent etiam domos ſinguli, & cõcionem vniuerſi, & in theatrum aſcendentes delectant animos ſpectationibus, & auditionibus varijs. Et ſic proferes orationem, dicens, quod & plebiſcitũ ſcriptum eſt. Et finges etiam orationem veteris Simiæ.

ALIVD EXEMPLVM Fabulæ breuius tractatæ.

VOluptatem aiunt, atque dolorem quodam tempore coram Ioue ſe mutuo accuſauiſſe. Cumque ille nihil non tentaret, atque experiretur, quo in gratiã litigantes redimeret, fruſtra omnia conatum, ipſo tandem admirando, quadam catena inter ſeſe copulaſſe, atq; depinxiſſe. Itaque durante nihilo minus diſſi-

Digitized by Google

diſſidio, & contraria voluntate, neceſſariò coniuncti, & ſociati manſerunt.

Ita, qui latius hanc fabulam tractare volet ab initio proœmium excogitabit, quod rei laudẽ contineat, vt quod non vanum ſit annicularũ deliramẽtum, ſed nobile philoſophorũ, non modo futurũ oblectamento, ſed ẽt vſui magno documentũ. Deinde voluptatis o͞rone, qua dolorẽ accuſat, & è contrario doloris, qua criminatur voluptatẽ, effinget, atque vtriuſq; rõnes aljis, vel fabulis, vel exẽplis illuſtrabit. Dicet dolorẽ maximum malũ. Quòd ſit res triſtis, aſpera, amara, & inimica naturæ, quẽadmodũ ait Cicero 2. Tuſcul. quæſt. Contra voluptatẽ eſcã malorũ, peſtemq; capitalẽ, quod Circes atque Sirenũ fabulæ confirmẽt. Hinc ea referri poterunt, q̄ ſunt apud Sil. Ital. lib. 15. cõtra voluptatem.

Poſtremo, Iouis explicabit iudicium, quo voluit, inhoneſtę voluptatis inſeparabilẽ eſſe comitẽ dolorẽ, atque pęnitẽtiam, ac mœrorẽ æternum, at doloris, & honeſti laboris gloriã. Etenim ex paululo incõmodi, atque moleſtiæ ſummũ, maximumq; bonum colligi. Vide prouerbiũ, Exiguũ malum, ingens bonum.

Porrò, q̄ in hoc ſcribẽdi genere volũt ſtylũ exercere, duo potiſſimũ vitabunt. Primò, ne orationẽ faciant omnino aridã, ſed tẽporum, locorum, aliarumque circũſtantiarum, velut ſucco plenã reddãt. Deinde né dũ hoc vitant, ouium, in

con-

contrariū incurrāt, & īmodico deſcriptionū ambitu faſtidium ingerāt. Principio aūt dilatabunt p̄fationē commēdationis. Cōmendabunt aūt cū auctorem ipſum, tū Apologorū genus. Deinde in deſcribēdis animantiū, aut rerū formis, ac naturis, quas inducēt, lōgius immorabuntur. Qn̄quidē hoc iā ipſum, & cū voluptate accipitur, & ad eruditionem liberalē pertinet: veluti, ſi Scarabæi formā. deinde, quēadmodū è ſtercoribus naſcatur, & quo pacto poſterioribus pedib. erectis ſtercora protrudat, atque id genus alia deſcribēt. Ad eūdē infidum. Aquilā regnū in auium genus obtinere armigerā eſſe Iouis, non offendi fulmine, non cōniuere ad ardentiſſimos Solis radios, perniciſſimo volatu vltra nubes ferri. Deniq; quæcunque vel ad Scarabæorū humilitatē exaggerandā, vel Aquilæ generoſitatē attollendā ptineant. Atq; hac in re non prætermittendum, ſi quid animāti cuipiā fabulis poetarū eſt attributum. Qđ genus è Lycaone natos lupos: Ex adoleſcēte perdicē: Cygnum Apollini ſacrū eſſe, ſub fatalē horā ſuauiſſime canere. Coruū eiuſdē fuiſſe nūtium, & ob ceſſationē ex albo nigrū factū. Aut ſi quid proditū eſt hiſtorijs inſigniter ab his factū, Velut de Aquila, q̄ virginem adamauit apud Pli. li. 10. c. 5. De Delphino apud Gel. lib. 7. c 8. Apud Plin. Epiſt. 9. de Buceph. Alexan. Magni quo apud Gel. lib. 4. c. 2. Atque item de

cæteris.

cæteris. Deinde cum ad ipſum Apologũ fuerit ventum, fuſius, ac latius enarrare licebit. Id fiet citra tædiũ, ſi faceta quadam imitatione, quod eſt in hominum vitæ, ad fabulæ mores accommodabũt. Præterea, ſi ad eãdem rationem ſermones, ſententias, dictaque ad fingamus. Exẽplum aptiſſimũ eſt dilatati Apologi, apud Apuleium, de coruo, et vulpe.

EXEMPLVM APOLOGI breuiter expoſiti.

MVs ruſticus Vrbanũ hoſpitio excepit, et amicum, quibus potuit cibis exquiſitis refecit. Vrbanus agreſtia faſtidiens obſonia, ruſticum in vrbẽ ſecum duxit. Ineũt, quod oppiparè fuit instructum conuiuium, inter epulandũ auditur ſtrepitus in ſera, & latratus canum. Ambo trepidare, & fugitare, ruſticus maximé, qui viarum ignarus ægrè ſe tueri, ſed ad ſeſe reuerſus ait: Malo cum ſecuritate meam inopiam, quàm iſtam cum tali anxietate copiam.

EXEMPLVM EIVSDEM DILAtati apud Horatium.

Ruſticus Vrbanum murem mus paupere fertur
Accepiſſe cauo, veterem vetus hoſpes amicum.
Aſper, & attentus quæſitis, vt tamen arctum
Solueret hoſpitijs animum, quid multa? neque illo
Sepoſiti ciceris, nec longa inuidit auena:
Aridum, & ore ferens acinum ſemeſaque lardi
Fruſta dedit, cupiens varia faſtidia cœna
Vincere, tangentis male ſingula dente ſuperbo,
Cum pater ipſe domus palea porrectus in horna
Eſſet adori loliumque dapis meliora relinquens.

Tandem

Tandem Vrbanus ad hunc: Quid te iuuat, inquit amice,
Prærupti nemoris patientem viuere dorſo?
Vis tu homines, vrbemque feris præponere ſyluis?
Carpe viam (michi crede) comes, terreſtria quando
Mortales animas viuunt ſortita, neque vlla eſt
Aut magno, aut paruo leti fuga, quo, bone, circa
Dum licet, in rebus iucundis viue beatus:
Viue memor, quàm ſis aui breuis: Hæc vbi dicta
Agreſtem pepulere domo. leuis exilit inde,
Ambo propoſitum peragunt iter, vrbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere, iamque tenebat
Nox Medium cœli ſpatium, cum ponit vterque
In locuplete domo veſtigia, rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos:
Multaque de magna ſupereſſent fercula cœna,
Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo vbi purpurea porrectum in veſte locauit
Agreſtem, veluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuatque dapes, nec non vernaliter ipſis
Fungitur officijs, prælambens omne, quod affert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte, boniſque
Rebus agit lætum conuiuam, cum ſubito ingens
Vnluarum ſtrepitus lectis excuſſit vtrumque,
Currere per totum pauidi conclaue, magiſque
Exanimes trepidare, ſimul domus alta moloſſis
Perſonuit canibus, tum ruſticus: haud mihi vita
Eſt opus hac, ait, & valeas, me ſylua cauuſque
Tutus ab inſidijs tenui ſolabitur eruo.

AVT DILATATAE FABVLAE Exemplum, ex Gellij, lib. 2. c. 29.

AEſopus ille é Phrygia fabulator haud īmeritó ſapiēs exiſtimatus eſt, quū q̄ vtilia monitu, ſuaſuq; erāt, nō ſeuerè, non imperioſé p̄cepit, & cenſuit, vt philoſophis mos eſt, ſed feſtiuos, delectabileſq; apologos cōmentus, res ſalubriter, ac proſpicienter animaduerſas, in men-

tes,

tes; animoſque hominum, cum audiendi quadã illecebra inuexit, vel vt hæc eius fabula de auiculæ nidulo lepidè, atq; iucũdè præmonet, ſpẽ, fiduciãq. rerũ quas efficere quis poſſit, haud vnq̃ in alijs ſed inſemetipſo habẽdã. Auicula, inquit, eſt parua, nomẽ eſt caſſita; habitat, nidulaturq; in ſegetib. id fermè tẽporis, vt appetit meſſis, pullis iam iã plumãtibus. Ea caſſita in ſemẽtes fortè cõceſſerat tẽpeſtiuiores, ꝓpterea, frumẽtis flaueſcẽtib. pulli ẽt tũc inuolucres erãt. Cum igitur ipſa iret cibũ pullis q̃ſitũ, monet eos, vt ſi q̃d ibi nouæ rei fieret, diceretur ve, aĩaduerterent; idq; ſibi, vbi redijſsẽt, renũciarẽt. Dñs poſtea ſegetũ illarum filium adoleſcentẽ vocãs: videſne, inquit, hæc ematuruiſſe, & manus iã poſtulare: Idcirco die craſtino, vbi primũ diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniãt, operamq. niſi tuã dent, & meſſem nobis hãc adiuuẽt. Atq. vbi redijt caſſita, pulli trepiduli circũſtrepere, orareq. matrẽ, vt ſtatim iã ꝓperet, atq. aliũ in locum ſeſe aſportet. Nã dñs, inquiũt, miſit, q̃ amicos rogaret, vti luce oriente veniãt, & metãt. Mater iubet eos à metu ocioſos eſſe. Si.n. dñs, inq̃t meſſem ad amicos reijcit, craſtino ſeges non metet, neq. neceſſe eſt hodie, vti vos auferã. Die igit̃ poſtero mater in pabulũ volat; dñs, quos rogauerat opperitur, ſol feruet, & fit nihil, & amici nulli erãt. Tũ ille rurſũ ad filiũ. Amici iſti, inq̃t, magnã ĩ partẽ ceſſatores ſũt, q̃n potius imus, &

cogna-

cognatos,affineſq; noſtros oramus, vt adſint cras tempori ad metendũ. Iidẽ hoc pulli pauefacti, matri nũtiãt. Mater hortatur, vt tũ quoq; ſinẽ metu, ac ſine cura ſint. Cognatos affineſq; nullos fermè iã obſequibiles eſſe, ait, vt ad laborẽ capeſſẽdũ nihilo cõtẽtetur, & ſtatim dicto obediãt. Vos modo, inq̃t aduertite, ſi modò q̃d denuo dicet. Alia luce orta auis in paſtũ profecta eſt, cognati & affines operã, q̃ dare rogati ſunt, ſuperſederũt. Ad poſtremum igitur dominus filio valeãt, inq̃t amici cũ propinquis. Adferes prima luce falces duas, vnã egomet mihi & tu capies alteram, & frumẽtũ noſmetipſi manib⁹ noſtris cras metemus. Id vbi ex pullis dixiſſe dñm mater audiuit; Tẽpus, inquit, eſt cedẽdi, & abeũdi fiet nũc dubio procul. q̃d futurum dixit. In ipſo.n. iã vertitur, q̃a eſt res, nõ in alio, vnde petitur. Atq; ita caſſita nidũ migrauit, & ſeges a dño demeſſa eſt, Hęc q̃dẽ eſt Æſopi fabula, de amicorũ. & propinquorũ leui plerũq; & inani fiducia. Sed quid aliud sãctiores libri Philoſophorũ monent, quã vt in nobis tantum ipſis nitamur, alia ante omnia, quę extra nos, extraque noſtrũ animũ ſunt, neque pro noſtris, neq; pro nobis dicamus. Hũc Æſopi Apologũ Q. Ennius, ſcitè admodũ, & venuſtè verſibus quadratis compoſuit. Quorum duo poſtremi iſti ſunt, quos habere cordi & memoriæ operæ pretium eſſe herclè puto. Hoc erit tibi argumentum

tum ſemper in promptu ſitum.

Ne quid expectes amicos, quod tu per te agere poſſis.

FABVLA DE FORMICIS atque Cicadis breuiter narrata.

APpetente hyeme frumentũ in arcu lã ad Solẽ trahebat formica: videns id cicada, accurrit, rogitat granũ. At formica, cur non, inquit, & tu meo exẽplo æſtate trahis, quodcunque potes atq; addis aceruo? Reſpõdit illa, ſibi id temporis cantando tranſactum fuiſſe. Ridens formica. Si ait, æſtate cantitare ſoles, meritò nunc eſuris.

Monet fabula, vt dũ adhuc robur corporis adeſt, quæramus ea, quibus imbecilis ſuſtẽtetur ſenectus. Per hyemem ſenectutem intellige. Per æſtatem, adoleſcentiam, & florem illum ætatis.

EADEM PAVLO FVSIVS tractata.

QVotuſquiſq; Philoſophorum rõne ſua, quantũuis arguta, bonarũ ad literarũ ſtudia iuuẽtutẽ potẽtius adhortatur, q̃ Æſopus hoc lepidiſſimo, de formicis atq; cicadis, figmẽto? Etenim nullo tã efficaci, ad labores honeſtos capeſſendos pellere poſſet, quam argumento formicarum. Quæ laboris exempla, trahunt ore, quodcũque poſſunt atque addũt aceruo, quẽ ſtruunt haud ignaræ, ac

non

non incaute futuri; Quæ,ſimul inuerſũ cõtriſtat Aquarius annũ,nõ prorepũt,et illis vtũtur ante quæſitis potientes. Nec mirũ, cũ homines olim fuerint agrorũ cultores,& in formicas transformati, nihil præter corporis figurã: miſerint, antiquos .n. mores obtinẽt, veterẽ naturã, ſeruãt. Reip.rõnẽm hẽnt, atq; curã, rura frequẽtant.prata pererrãt,arbores cõſcẽdũt,frumenta colligunt atq; recõdunt. Nã in eis(vt dixi) mens præſaga futuri, Vnde olim Midæ cuius imperio Prygia fuit ſubiecta, puero dormiẽti in os grana tritici cõgeſſiſſe leguntur: vt apes Platonis dormientis in cunis paruuli labellis mel inſeruiſſe atq; ita magnę fęlicitatis ĩdices extitiſſe nõ futiles. Hyemis igitur vẽturæ memores, adeo ptinaciter laborãt, vt earũ itinere ſilices attritos videamus, & in opere ſemitã factã: nè q̃s dubitet,qualibet in rè,q̃d poſſit quãtulacũq; ſedulitas:ad eas igit̃ tanq̃ vitę magiſtras Rex Solomõ iubet abire pigrũ,earumq; mores cõtẽplari,vt ſapiẽtior fiat. Illæ tametſi nec Principẽ,nec prefectũ,nec ducẽ habeãt,tñ æſtate cibum ꝓ veteri conſuetudine parãt,& in meſſe colligũt alimẽta. At diſſimile naturam ignauæ referũt cicadæ, quas Socrates apud Platonẽ dicit ꝓcreatas ex hominib. Qui natis ab initio Muſis,cãtuq; monſtrato,vſq; adeo deliniti fuerũt voluptate cãtus, vt canẽtes cibũ,potũq; negligerẽt. Et adhuc hodierno diẹ meſſis tẽpore cãtillãtes, hye-

me

me tabeſcũt egeſtate. Harũ ſtulti ſũt imitatores, q̃ iuuenes a labore procliues ad libidinẽ, ĩ æſtate florida veterno torpẽt, ĩ ſenecta premũtur rerũ penuria. At prudẽtes collaudãtur, q̃ formicarũ exẽpla ſecuti laborib. honeſtis quærũt viatica, miſeris canis ante oculos aſſiduo ponẽtes ignauię comitẽ eſſe paupertatẽ, vt voluptatis dolorẽ: atq; deſidioſos nõ ſolũ ab hoĩbus habitos odio, ſed ẽt a Deo ĩmortali, q̃ induſtrios adiuuat, ac ſpectat magnos viros colluctãtes cũ aliqua calamitate? Vnde rectè Demetrius ille dixit: Nihil infęlicius eo, cui nihil vnquã aliud euenit aduerſi. Cuius rei meminit Seneca, ĩ libro de diuina ꝓuidẽtia. Hinc eſt, ꝙ Saturnus olim folij ſtillãtia mella decuſſerit, ignẽ remouerit, & paſſim riuis currẽtia vina repreſſerit, nõ torpere graui paſſus ſua regna veterno. Et Lycurgus pueros nõ ĩ forũ, atq; delitijs affluẽtia loca, ſed ĩ agrũ duci iuſſit, vt ĩ primus annos nõ ĩ voluptatibus more cicadarũ, ſed ĩ oĩ opere & labore agerẽt, formicas imitari. Quippe negotia ſũt horrida nomina, ſed Reip. mores in ſtatu ꝓſpero continẽt. Contra, blandæ appellationis quies pluribus vitijs, & periculis reſpgit. Exẽplo ſit Roma cuius ꝑpotẽs imperiũ, agitatio rerũ excitabat ad virtutẽ capeſſendam, nimia quies ĩ deſidiam reſoluit, ac interitũ. Hinc Appius ille Claudius crebro ſolitus fuit dicere. Negotiũ populo Romano melius commiti, quàm otium.

Paupertas ignauia comes.

Blanda

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Blanda quidẽ, & facilis initu voluptatis eſt via: Virtutis aũt, q̃ formicæ videntᷣ ingredi, nimis laborioſa, & aſpera. Sed vt hui⁹ vltima meta iucũda ſimul, ac beata ẽ, ſic illi⁹ miſerabilis & infauſtus exitus.

Nam qui deſidiam, luxumque requetur inertem.
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores.
Turpis, inopſque ſimul miſerabile tranſiget æuum:
At quiſquis duros caſus, virtutis amore
Vicerit, ille ſibi laudemque, decuſque parabit.

Res quidẽ blanda nimis eſt, mellitus canor, atque voluptatis illecebræ, ſed quos præſtigijs ſuis ceperunt, diſperdũt. Ouidius 3. de arte,

Monſtra maris Sirenæ erant, quæ voce canora
Quaslibet admiſſas detinuere rates.

Harũ vna Parthenope, humana voce: Alia cui Leucoſia nomẽ, Tibijs Tertia Ligya canebat lyra, atque tanta carminis, dulcedine tranſeuntes nautas adficiebãt vt alto ſomno permerentur, & cũ ſopitos perſentiſcerẽt, ſubmergebãt, atq; deuorabant. Quare cum iuxta illas tranſiturus eſſet prudens Vlyſſes, cera ſociorum aures obturauit, & ipſe ſe ad nauis malum alligari iuſſit, vt ea ratione ſaluus euaderet. Vnde Martial. li. 3.

Sirenas hilarem nauigantium pœnam
Blandaſque mortes, gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deſerebat auditas.
Fallax Vlyſſes dicitur reliquiſſe.

Et Horatius.

Sirenum voces, & Circes pocula noſti.
Quaſi cum socijs ſtultus cupiduſque bibiſſet.
Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors.

Quid aliud ſapiẽtiſſimi viri per amœnas Sirenũ voces intelligit voluerũt, quã blan-

blādæ voluptatis præſtigia, quibus ineſcatis homines ſubmergi ſoleant atq; fũditus interire. Et quid aliud. Aeſopus p molles cicadarum cãtus ſignificare voluit quã Popinonũ turpitudinẽ, miſeriã, infœlicitatẽ, & breuiter corporũ, atque animarũ ĩteritũ, q̃ peſtifera ſecũ trahit voluptas. Proinde ſtudioſa iuuẽtus, vtile ꝓpoſitum virtutis exẽplar Vliſsẽ imitabitur vt tãta pericula declinet, atq; fugiat pnitioſã volutatẽ, qđ ipſiſſimũ mel lelitũ venenũ eſt. Quo nihil danoſius cũ virtutes atterat, ãimiq; pariter, & corporis vires expugnet, vt luxuria Capana, q̃ inuictũ Annibalẽ illecebris ſuis cõplexa vincendũ militi Romano tribuit. Vide Liuiũ de bello Punico: Valeriũ li. 9. c. 1. Imitabitur item P. Scipionem: Qui iuuenis plenus monitis ingẽtia corde Molitus, viſæ caluit virtutis amore. Spreuit voluptatẽ, Achæmeniũ ſpirantem vertice odorem, Ambruſias diffuſa comas, vt Silius Italicus inquit.

Non imitabitur illũ cũ cicadis otia ſectantẽ iuuenem, quẽ dormientẽ in medios sẽper dies obiurgabãt ſui, & quid nã faceret in lecto tamdiu, quærebant. Quidnã igitur cenſetis? (ille inquit.) dicere iuſſus: Quoties inquit, mane euigilo, adsunt ad lectulũ meũ puellæ duæ, quarũ altera ad ſurgẽdũ, & operis aliquid faciẽdũ me hortatur & oſtẽdit, q̃ turpe ſit inueni optimã diei partẽ in lectulo cõterere, atque interdum Græcũ *Iuuentis deſidioſus.*

ver-

verſiculũ accinit ſemiſõnis cuius, vt opinor, ſẽtẽtia eſt: Auroraã tertiã operis partẽ pficere. Ibi tũ altera. Nugari hãc ait, & turbatricẽ eſſe quietis, qua nihil ſit neq. melius, neq. dulcius, & qua vita hominũ carere nequeat. Bonũ ſi adipiſcẽdũ ſit quouis tẽpore rectè ſurgi: Malũ ſi ĩpẽdeat, nimis citò ſurrexeris, inquit, quãuis ſerò reliqueris lectũ. Hęc ego inqt adoleſcẽs, inter cõuitia mutua & alterationes grauiſſimas diſceptantes has audiẽs, cũ dubitẽ vtri aſſentiar, diutius ſoleo ĩ lectulo ĩmorari: Nec imitabit illũ qui ſacris ĩ prouerbijs itẽ loquit. Paululũ modò dormiã, paululũ modò dormitabo, paululũ modò ſomno vacabo, paululũ modò manus cõſeruã & cõponã me ad recũbẽdũ. Neq; illos, qui in libro ſapientiæ ſic pclamãt. Venite fruamur bonis quę sũt, & vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos roſis antequã marceſcãt, nullũ pratũ ſit, quo nõ pertrãſeat luxuria noſtra, vbiq; relinquamus ſigna lætitiæ noſtrę. Nõ inquã imitabit, né interea, ceu viator veniat inopia, atq; obruat eũ paupertas ac miſeria. Quicũque ergo ad veras opes & æternã, q̃ virtutẽ nõ aliter atq; corp⁹ vmbra comitari ſolet, gloriã aſpirãt formicas magis Aeſopicas ſtudebũt imitari, quã cicadas, hoc eſt virtuẽ potius, q̃ voluptatẽ conabũtur amplecti.

FABV-

FABVLA HESIODI DE ACcipiter, & Luſcinia, breuiter prolata.

ACcipiter Luſciniam vario cātu argutam in ſublimi nubium ſummitate captā ferebat. Hæc vnguibus tranſfixa, miſerè plorabat, ad hāc raptor horrenda voce, ſic inquit: Quid exclamas miſera, a multo, quàm tu ſis fortiore detēta? Huc adſis, quo ego te pertraham. Suaue licet vſque cœnas, cœna tamen mihi futura es vbi voluero. Deſipit, qui potentioribus repugnat.

EADEM DILATATA, AB auctoris laude.

TAnta ſapientia, & præclaris animi dotib. excelluit antiquiſſimus poetarum Heſiodus, vt etiam vita defunctum honore ſummo proſecuti ſint viri ſapientes, ac veluti numen aliquod certum venerati. Quemadmodum enim Homeri natiuitatē urbes permultæ ſibi vendicabant: ita ſepulchrum Heſiodi diuinum afferebant ſibi. Ne mei ſimul, & Orchemeneij. Digniſſimus autē honore tāto tātus Poeta, qui pretioſa diuini ingenij multa ad oīum hoīum vtilitatē ſpectātia reliquit monimēta: in quibus, vt gemma nobiliſſima relucet, q̃ de accipiter, atq; luſcinia protulit, Fabula.

Qua ſapienter docuit, eos ſtultè facere qui potentioribus reluctātur, certantq; cum ijs, quos tyrannos nequeāt vincere. Quod ipſum eſt contra torrentem niti. *A proſabulari.*

contra ſtimulos calcitrare, & iuxta prouerbium cum Deo pugnare.

A natura accipitris. Nō iniuria ſcripſit Ouid. Odimus, accipitrē, quia sēper viuit in armis. Eſt.n. Harpys oībus rapacior adūco roſtro, & vnguib. incuruis, ad vim inferendā natus. Cui tanta eſt inſita atq; a parentib. ingenita rapiendi, ac dilaniādi fames, vt nulli auiū generi parcat, nec ab vllis etiā cognatis sāguinolētos abſtineat vngues. Qui alitū ſęuiſſim⁹, auiculas insōtes, aut humi volātes, aut circa arbores in ſublimi ſedētes perſequi, rapere, & diſcerpere, ſolet. Nec ī minores ſolū crudelis, ac iniurioſus, ſed ēt populator impius bellum internecinum cum Aquila cū cunctarū auiū Rege non expaueſcit gerere, vt cohærentes ſæpe deprehenduntur. Quo genuinæ rabiei ꝓpulſus inſtinctu crudeliſs. hoſtis, ſanguine, quem aſſiduó ſitit, ſe ſatiaturus, innoxiā adoritur luſciniā, atq; cōprehendit. Capta imbellis, & inſons auicula victorē dulci, qua plurimū pollet voce, rogare cæpit, & obſecrare, vt innocenti parceret, inquiens.

A ſermocinatione per Proſopopæiā Per māſuetē fortunam. Noli extinctā extinguere. Parce mihi per ea, quæ tibi dulciſs. ſunt in vita. Miſerere infęlicis. Reſpice innocentiā meā: Neminem vnquā violaui, nunquam rapto vixi, vt iam par pari debeat referri. Qđ ſi nulla mei te miſcđia cōmouerit, eximia qua nobilior, permoueat virtus mea, noli perfectū muſices organū diſperdere. Te permol-

molliat, flectatq; vox tam dulcis, atque magna tam paruo ĩ corpuſculo meo regnãs, & tã pertinax ſpũs, irã tuã frangat in tã abſoluta muſicę ſciẽtia modulatus ſonus, quẽ ſępius audiſti cõtinuo ſpiritu trahi, nunc variè inflexo, nunc diſtingui cõciſo, culpari intorto, ꝓmitti, reuocari, infuſcari ex inopinato. Interdũ plenũ, grauẽ, acutũ, crebrũ, extẽtum, ſummũ, mediũ, imũ. Breuiter, oĩa tã paruulis in faucibus, q̃ tot exquiſitis tibiarũ tormẽtis ars hoĩum excogitauit: Quorũ ex interitu maiorẽ tibi, et inuidiã, & infamiã cõflaueris, quam vtilitatẽ perceperis. At ille, quin tu, inquit, auribus meis opplorare deſinis. Quid tu rere clamoris tui gratia te omiſsũ iri? Nihil gemitus, nihil lachrymas tuas moror, aut curo. Quiritatio tua, niſi forſitã animo placuerit, te meis de vnguibus nunquam eripiet ac conſeruabit. Exple meas inimicitias, & iracundiam ſanguine tuo ſatura. Et ſtatim eo dicto miſeram diſcerpſit.

Quid hoc facto poterit immani⁹ eſſe? Captiuis alijs tẽpus relinquitur, quo crimẽ obiectũ diluere, aut aliq̃ cauſam in executionẽ q̃ant adducere. Sed huic infelici oĩs excluſa fuit miſericordia oĩſq; negata purgãdi facultas. Et qa tyrãnorũ tã fuit impius, vt aliquẽ occiderit, niſi vel leui aliqua ratione ꝓmotus? Sed alia nulla cauſa propulſus, accipiter tm̃ facinus deſignauit, niſi ſola nocendi libidine animaliũ ferociſſimus Leo traduci- *A collatione*

tur; Huic tñ ex ferijs tāta eſt ī ſupplices clementia, vt in proſtratos nō ſæuiat: eſt .n. nobilioris animi Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. At tyranni verſo pellige vulgi quēlibet occidūt populariter, omnibus ſanguinolētas manus inijciūt, nihil hoĩes, nihil Deū ipsū curādo.

Quemadmodū igitur præda inſolenti victoria viſa glorioſa fuit, ac ſuauis, ſic ærumna miſerrimę calamitatis acerbiſſima, vt pœna, quæ venerat indignè, magis eſſe dolenda videatur.

Quæ crudelitas accipitris oſtēdit, ipſam innocentiam apud maleficos Tyrānorū greges nunquā fore tutam. Nobis igitur ante omnia curandū, nè in Melāpygos (iuxta Prouerb.) incidamus. Et impendente malo patienter feramus, quod non poterimus vitare, vel effugere.

CAP. II. DE NARRATIONE quæ grecè Διήγημα.

NArratio eſt expoſitio rei factę, vel tanquam factę. Diuiditur autē in poeticam, hiſtoriam, & ciuilem. Poetica eſt, quæ habet expoſitionē fictā. Hiſtorica, quæ vetuſtam rerū cōmemorationem cōtinet, atq; veterum geſta narrat. Ciuilis, qua ī cōtrouerſijs oratores vtūt.

Narrationi accidunt ſex.
- Perſona faciens.
- Res geſta,
- Tempus, circa quod.
- Locus in quo traſacta.
- Modus, quo pacto.
- Cauſa propter quam.

Clari-

virtutes ei⁹ quatuor.
- Claritas ſeu perſpicuitas.
- Breuitas.
- Probabilitas, quæ πυταγότις dicitur.
- Electorum verborum proprietas.

EXEMPLVM NARRATIONIS ab Angelo Politiano translatum.

QVi roſæ pulchritudinem demiratur, plagam Veneris conſideret. Amabat Adonin Dea; Mars ipsã: Quodque Dea foret Adonidi, Veneri Mars erat. Deus Deum adamabat, Deaq; hominem ſequebatur. Par cupido, tametſi genus diſpar. Perimere Adonin Mars zelotypus tendebat finem putas amoris Adonidis necem ferit Adonin Mars, accurrit auxilio Venus, feſtinans in roſas incidit, ac ſe ſpinis implicuit, plantamq. pedis perſtrinxit. Qui vulnere manaret cruor, de ſe roſã colorauit. Sic roſa, quæ prius candida, rubrum in colorem, qui nunc cernitur, eſt conuerſa.

Scholia.

PRimo Rhetoricorũ libro Tapezõtius tria ponit Narrationũ genera, Ciuile, Digreſſorium, Remorum. Hoc pueris vtiliſſimũ ita vocatur, quod a cauſa ciuili remotum ſit, in quo conueniat iuuẽtutem exerceri, quò cõmodius illas ſuperiores narrationes in veris cauſis poſſit aliqñ tractare. Eius duo ſunt, iuxta Ciceronem,

nem, genera: alterum eſt poſitum in negotijs, quod habet partes.

Tres { Fabulā, quæ neq; veras, neq; veriſimiles continet res, vt ea, quæ tragœdijs tradita ſunt.
Hiſtoriam, quæ eſt res geſta, ſed ab ætatis noſtræ memoria remota.
Argumentū, quæ eſt res ficta, quæ tamen fieri potuit, veluti argumenta comediarum.

Alterū in perſonis, qđ habere debet ſermonis feſtiuitatē, animorum diſſimilitudinē, leuitatem, ſpem, metū, ſuſpitionem, deſideriū, diſſimulationē, miſericordiā, rerum varietates, fortunæ commutionem, inſperatum incommodum ſubitam lætitiam, iucundum exitum rerum, vt in Comœdijs videre licet.

Diuiditur poetica, &c. Quintil. l. 2. c. 4. Narrationes poeticas Grammaticis attribuit, Rhetorib. hiſtor. Erant aũt (auctore Fabio Vict.) rhetores, qui literas docebant, atq; artes tradebant eloquētię. Quemadmodū Soph. apud quos dicendi dicebatˀ exercitium: Et oratores, qui in cauſis priuatis, & publicis plena, & perfecta vtebantur eloquētia. Porrò narrationes poeticæ faciũt tria genera: Aut. n. actiuum, eſt, vel imitatiuũ, quod gręci δραματικὸ vel μιμιντικὸν appellāt: Aut enarratiuũ, vel enũciatiuũ, qđ Gręci ὠξηγητικὸν, vel απιλογητικõν, Aut cõe vel mixtũ, qđ Græci, κανὸν, vel μικτὸν.

Hiſto-

Hiſtoriã, &c. Quæ rei geſtæ continet expoſitionẽ. Eſt aũt Hiſtor. res geſta, ab ætatis nr̃æ memoria remota. Quã eatũ proprié rerum eſſe volunt, quibus rebus gerẽdis interfuerit is, q̃ ſcribit, auctore Gell. l. 5. c. 18. Hiſtor. Cic. de Oratore 2. eleganter vocat teſtem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magiſtram vitæ, & vetuſtatis nunciam.

Ciuilem, &c. Quæ ab Oratorib. in exponendis ſumitur cauſis, vt ait Priſcian. Qui fabularum adijcit narrationem, ad fabulas ſupradictas pertinentem.

Narrationi accidũt ſex, &c. Narratio conſumitur circunſtantijs, q̃ hoc verſic. cõprehenduntur: Quis, quid, vbi, quib. auxilijs, cur, quomodo, quãdo. Fit enim copioſa, ſi circũſtantijs amplifices, atq; dilates, & a quò tempore, quoque loco, qũo, quo inſtrumento, qua deniq; cauſa factũ aliquid ſit, diligenter perſequaris.

Claritas, &c. Hui⁹ virtutis narrat. alibi Cice. vocat lucidã, alibi apertã. Nec refert, an ꝓ lucida, pſpicuã, pro veriſimili probabilẽ, credibilemq; dixeris, vt ait. Quint. l. 4. c. 2. Eodẽ auctore aperta, vel dilucida erit narratio, ſi fuerit primũ expoſita verbis ꝓprijs, & ſignificantib. nõ ſordidis, & ab vſu remotis: tũ diſtincta rebus perſonis tpibus, locis, cauſis. Itẽ ſi vt quicquã primũ geſtũ erit, ita fuerit primũ expoſitũ, nõ ab vltimo repetitũ.

Breuitas, &c. Narratio breuis erit ſi nihil extra rẽ dixerim⁹. Si reciderim⁹ om-

nia ſuperuacanea, ſi non ab vltimo initio repetiuerimus, nec ad extremum fuerimus proſecuti.

Probabilitas &c. Hanc Cic. veriſimilem narrationem, Quintilianus appellat credibilem. Erit autē credibilis ante omnia, ſi prius conſuluerimus noſtrum animum, nè quid naturę dicamus aduersū. Si cauſas ac rationes factis, de quib. quæritur, præpoſuerimus. Si perſonas conuenientes, his quæ facta credi volemus, cōſtituerimus, & præterea loca, tempora, & ſimilia. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Electorū verborū proprietas, &c. Hic cōſiderādū erit, ne quid cōtorte, ne quid ambiguè, ne q̄d noué dicamus, ſed vtamur vſitatis verbis, & ꝓprijs. Vſitata sūt ea, quæ verſantur in ſermone, & in optimorum auctorum cōſuetudine recepta. Propria sūt, quæ eius rei verba ſunt, aut eſſe poſsūt, qua de loquemur, vt ait Cic.

Qui roſæ &c. Narrat, quo pacto lacteus roſæ candor, mutatus ſit in colorē purpureum.

Adonin Dea, &c. Adonis auctore Tortellio filius fuit Cynaræ Cypriorum Regis, ex Myrrha, eius filia, paſtor pulcherrimus. Virg. in Gallo.

Et formoſus oues ad flumina pauit adonis,

Hunc ardentiſſimè venus amauit. Ouidius in Phædra.

Sæpé in ilicibus Venerem. Cynaraq; creatum.

Suſti-

Suſtinuit poſitos quælibet hora duos.
Mars ipſam, &c. Martis ac Veneris amores Metamorphoſeos 4. refert Ouid.

Idem ſecundo de arte.

Mars pr̃ inſano Veneris turbat⁹ amore,
De duce terribili factus amator erat.

Ferit Adonin, Mars, &c. Ouid. decimo Metamorph. ſcribit; Adonin ab apro interfectum, eiuſq; ſanguinem mutatũ in florẽ. Idẽ aſſerit Macrob. li. Saturnaliũ 1. c. 21. Adonin, inquit, Solem eſſe non dubitatur. Ab apro autem tradũt interemptum, hyemis imaginem in hoc animali fingentes, quod aper hiſpidus, & aſper gaudeat locis humidis, & lutoſis, pruinaque contectis, proprieq; hyemali fructu paſcitur glande. Ergo hyems veluti vulnus eſt Solis quæ & lucem eius nobis minuit, & calorem.

Plantam pedis perſtrinxit, &c. Vnde Claud. lib. 2. de raptu Proſerpinæ ſcribit de Venere inquiẽs, ſic facta doloris Carpit ſigna ſui, ideſt roſas purpureas Veneris amore tinctas. Huius meminit Politian. Miſcell. 19.

EXEMPLVM NARRATIONIS poeticæ copioſius apud Ouidium Metamorph. 4. tractatum.

Docet autẽ ea fabula nimis infelicem exitũ habituros, qui parentibus immorigeri fędis amoribus ſeſe contaminarint.

Pyramus & Tysbe, iuuenum pulcherrimus alter,
Altera, quas oriens habuit, prælata puellis.
Cont. quas habuere domos, vbi dicitur illam.

Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.
Notitiam, primoſque gradus vicinia fecit:
Tempore creuit amor, tædæ quoque iure coiſſent:
Se vetuere patres, quod non potuere vetare,
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt, nutu ſigniſque loquuntur.
Quoque magis tegitur, tanto magis æſtuat ignis.
Fiſſus erat tenui rima, quam duxerat olim
Cum fieret paries domui communis vtrique,
Id vitium nulli per ſæcula longa notatum,
Quid non ſentit amor? primi vidiſtis amantes.
Et vocis feciſtis iter, tutaque per illud
Murmura blanditiæ minimo tranſire ſolebant,
Sæpè vbi conſtiterant hinc Thysbe, Pyramus illinc,
Inque vices fuerat captatus anhelitus oris:
Inuide dicebant paries, quid amantibus obſtas?
Quantum erat, vt ſineres toto nos corpore iungi.
Aut hoc ſi nimium eſt, vel ad oſcula læta pateres.
Nec ſumus ingrati, tibi nos debere fatemur,
Quòd datus eſt verbis ad amicas tranſitus aures.
Talia diuerſa, nec quicquam ſede locuti.
Sub noctem dixere Vale, partique dedere
Oſcula quiſque ſuæ, non peruenientia contra.
Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes,
Sique pruinoſas radijs ſiccauerat herbas:
Ad ſolitum coire locum, tum murmure paruo
Multa prius queſti, ſtatuunt ſub nocti ſilenti
Fallere cuſtodes, foribuſque excedere tentant.
Cumque domo exierint, vrbis quoque tecta relinquant
Neue ſit errandum lato ſpatiantibus aruo.
Conueniant ad buſta Nini, lateantque ſub vmbra
Arboris: arbor vbi niueis vberrima pomis.
Ardua morus erat, gelido contermina fonti:
Pacta placent, & lux tardè diſcedere viſa
Præcipitatur aquis, & aquis nox exit ab iiſdem.
Callida per tenebras verſato cardine Thysbe.
Egreditur, fallitque ſuos, adoperataque vultum
Peruenit ad tumulum, dictaque ſub arbore ſedit.
Audacem faciebat amor, venit ecce recenti
Cæde leæna boum ſpumantes oblita rictus,
Depoſitura ſitim vicini fontis in vnda
Quam procul ad Lunæ radios Babylonia Thysbe
Viſit, & obſcurum timido pede fugit in antrum.

Dumque

Dumque fugit, tergo velamina lapſa reliquit.
Vt leo ſæua ſitim multa compeſcuit vnda,
Dum redit in ſyluas, inuentos fortè ſine ipſa
Ore cruentato, tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus veſtigia vidit in alto
Puluere certa feræ, totoque expalluit ore
Pyramus: vt verò veſtem quoq; ſanguine tinctam
Reperit, vna duos inquit, nox perdet amantes.
E quibus illa fuit longa digniſſima vita.
Noſtra nocens anima eſt, ego te miſeranda peremi
In loca plena metus qui iuſſi nocte venires,
Nec prior huc veni: noſtrum diuellite corpus,
Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu,
O quicumque ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem; velamina Thyſbes
Tollit, & ad pactæ ſecum fert arboris vmbram,
Vtque dedit notæ lachrymas dedit oſcula veſti.
Accipe nunc inquit, noſtri quoque ſanguinis hauſtus.
Quoque erat accinctus, demiſit in ilia ferrum.
Nec mora feruenti moriens è vulnere traxit:
Et iacuit reſupinus humo, cruor emicat altè.
Non aliter quàm cum vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenui ſtridente foramine longa,
Eiaculatur aquas, atque ictibus aera rumpit.
Arborei fœtus aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciem, madefactaque ſanguine radix
Purpureo tingit pendentia mora colore.
Ecce metu nondum poſito, ne fallat amantem,
Illa redit, iuuenemque oculis animoque requirit.
Quantaque vitarit, narrare pericula geſtit
Vtque locum, & viſam cognoſcit in arbore formam
Sic facit incertam pomi color, hæret an hæc ſit,
Dum dubitat, tremebunda videt pulſare cruentum
Membra ſolum, retroque pedem tulit oraque buxo
Pallidiora gerens, exhorruit æquoris inſtar:
Quod fremit exigua cum ſummum ſtringitur aura.
Sed poſtquam remorata, ſuos cognouit amores,
Percutit indignos clare clangore lacertos,
Et laniata comas, amplexaque corpus amatum,
Vulnera ſuppleuit lachrymis fletumque cruore
Miſcuit: & gelidis in vultibus oſcula figens.
Pyrame, clamauit, quis te mihi caſus ademit?
Pyrame, reſponde, tua te chariſſima Thyſbe

B 6 Nomi-

Nominat, exaudi, vultuſque attolle iacentes
Ad nomen Thysbes, oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, viſaque recondidit illa:
Quæ poſtquam veſtemque ſuam cognouit, & enſe
Vidit ebur vacuum: Tua te manus, inquit, amorque
Perdidit infœlix, eſt & mihi fortis in vnum
Hæc manus eſt, & amor, dabit hic in vulnera vires
Perſequar extinctum, lætique miſerrima dicar
Cauſa comeſque tui, quique a me morte reuelli,
Heu ſola poteras, poteris, nec morte reuelli,
His tamen amborum verbis eſtote rogati,
O multum miſerique mei illiuſque parentes,
Vt quos certus amor, quos hora nouiſſima iunxit,
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu, quæ ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis vnius, mox es tectura duorum,
Signa tene cædis, pulloſque, & luctibus aptos
Semper habe fœtus gemini monumenta cruoris,
Dixit, & aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro, quod adhuc a cæde tepebat.
Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes,
Nam color in pomo eſt vbi permaturuit, ater,
Quodque rogis ſupereſt, vna requieſcit in vrna.

EXEMPLVM NARRATIONIS historia, ex Oroſij, lib. 2. cap. 8.

CYrus Perſarum Rex Scythis bellũ intulit, quẽ Tomyris Regina, quæ tunc genti præerat, cum prohibere trãſitum Araxis fluminis poſſet, trãſire permiſit, primũ propter fiduciã ſui, dehinc propter opportunitatem ex obiectu fluminis, hoſtis incluſi. Cyrus itaque Scythiam ingreſſus, procul a trãſmiſſo flumine caſtra metatus, inſuper aſtu eadẽ inſtructa vino epuliſque deſeruit, quaſi territus refugiſſet. Hoc cõperto Regina

tertiam

tertiam partem copiarum, & filiũ adoleſcentulum, ad perſequendum Cyrum mittit. Barbari veluti ad epulas militati, primum ebrietate vincuntur, mox reuertente Cyro vniuerſi cum adoleſcēte obtruncantur. Tomyris exercitu, ac filio amiſſo, vel matris, vel Reginæ dolorem ſanguine hoſtium diluere promptius, quam ſuis lachrymis parat. Simulat diffidentiam deſperatione cladis illatæ, paulatimque cedendo ſuperbum hoſtē in inſidias vocat. Ibi quoque cōpoſitis inter mōtes inſidijs, CC.M. Perſarum, cum ipſo Rege deleuit, adiecta ſuper oīa illius rei admiratione, ꝙ nec nuntius quidem tantæ cladis ſuperfuit. Regina caput Cyri amputari, atque in vtrē, humano ſanguine oppletũ conijci iubet, non muliebriter increpitans: Satiate ſanguine, quem ſitiſti, cuius per annos triginta inſatiabilis perſeueraſti.

EXEMPLVM NARRATIONIS Ciuilis, ac Miloniana.

P. Clodius cum ſtatuiſſet omni ſcelere in Prætura vexare Rempubl. videretque, ita tractata eſſe comitia anno ſuperiore, vt non multos menſes Pręturam gerere poſſet, qui non honoris gradum ſpectaret, vt cæteri, ſed & L. Paulum collegam effugere vellet, ſingulari virtute ciuem, & annum integrum ad dilacerādam Remp q̄reret, ſubitó reliquit annum ſuũ, ſeque in annũ proximi trāſtulit, nō religione aliqua, ſed vt haberet,

beret, qđ ipſe dicebat, ad præturam gerendã, hoc eſt ad euertendã Remp. plenũ annum atque integrũ, Occurrebat, mancã ac debilẽ prętură ſuam futuram Conſule Milone: eũ porrò ſummo conſenſu populi Romani Cõſulẽ fieri videbat: cõtulit ſe ad eius competitores, ſed ita, totã vt petitionẽ ipſe ſolus ẽt inuitis illis gubernaret, tota vt comitia ſuis, vt dictabat, humeris ſuſtinere: cõuocabat trib. ſe interponebat: coloniã nouã, delectũ perditiſſimorũ ſcribebat ciuiũ: quãto ille plura miſcebat, tanto hic magis in dies conualeſcebat. Vbi videt homo ad oẽ facinus parat iſſ. certiſſ. Conſulẽ, idq; intelligitur non ſolũ ſermonibus, ſed ẽt ſuffragijs populi Rom. ſæpè eſſe declaratũ: palã agere cœpit, & apertè dicere occidendum Milonem, ſeruos agreſtes, ac barbaros, quibus ſyluas publicas depopulat⁹ erat, Hetruriamq; vexarat, ex Apẽnino deduxerat, quos videbatis: res erat minimè obſcura, etenim palã dictitabat, conſulatũ Miloni eripi non poſſe, vitã poſſe. Significauit hoc ſępè in Senatu: dixit in concione. Quin etiã Fauonio fortiſſ. viro quærenti ex eo, qua ſpe fureret Milone viuo: rñdit triduo illum, ad ſummũ quatriduo periturũ, quã vocem eius ad hunc M. Catonẽ ſtatim Fauoni⁹ detulit. Interim cũ ſciret Clodius, (neq; .n. erat difficile ſcire) iter ſolẽne, legitimũ, neceſſarium, ante diem xiij. Cal. Februarij Miloni eſſe Lanuuiũ ad Flaminem

nem prodendũ, quod erat dictator Lanuuij Milo: Roma ſubito ipſe ꝓfectus eſt, vt concionẽ turbulentã, in qua eius furor deſideratus eſt, q̃ in illo ipſo die habita eſt, relinqueret, quã, niſi obire facinoris locũ, tempuſque voluiſſet, nunquã reliquiſſet: Milo aũt, cum in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt, domum venit, calceos, & veſtimẽta mutauit, pauliſper dũ ſe vxor, vt fit, cõparat, cõmoratus eſt: deinde profectus eſt id tẽporis, cum iam Clodius (ſiquidẽ eo die Romã venturus erat) redire potuiſſet obuiã fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, (vt ſolebat,) ſine vxore, vt nunquã fere, cũ hic inſidiator, qui iter illud ad cædẽ faciẽdam apparaſſet, cũ vxore veheretur in rheda penulatus, vulgiq; magno impedimento, ac muliebri, & delicato ancillarum, puerorumq; comitatu, fit obuiã Clodio ante fundũ ei⁹, hora ferè vndecima, aut nõ multo ſecus: ſtatim cõplures cũ telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetũ, aduerſi rhedariũ occidũt. Cũ autem hic de rheda reiecta penula deſiluiſſet, ſeque acri animo defenderet, illi, qui erant cum Clodio gladijs eductis partim recurrere ad rhedã, vt a tergo Milonẽ adorirentur, partim, ꝙ hunc iam interfectum putarent, cædere incipiunt eius ſeruos, qui poſt erant, ex quibus, qui animo fideli in dominum, erant, & præ-

ſentes

ſentes fuerũt partim occiſi ſunt partim, cum ad rhedam pugnari viderent, & Domino ſuccurrere prohiberentur. Milonem occiſum eſſe, etiam ex ipſo Clodio audirent, fecerunt id ſerui Milonis (dicã enim non deriuandi criminis cauſa, ſed vt factum eſt,) neque imperante, neque ſciente, neque pręſente Domino, quod ſuos quiſque ſeruos in tali re facere voluiſſet.

ALIVD EXEMPLVM NARRATIOnis breuis, dilucidæ, & veriſimilis ex oratione Ciceronis Pompetanæ.

ATque, vt inde mea proficiſcatur oratio, vnde hæc omnis cauſa ducitur bellũ graue, & periculoſum veſtris vectigalibus, atq; ſocijs, a duobus potentiſſimis Regibus infertur Mithridate, & Tigrane, quorum alter relictus, alter laceſſitus occaſionem ſibi ad occupandam Aſiam oblatam eſſe arbitratur. Equitib. Romanis honeſtiſſimis viris afferuntur ex Aſia quotidie literæ, quorũ magnæ res agũtur, in veſtris vectigalib. exercendis occupatę. Qui ad me pro neceſſitudine, quæ mihi eſt cũ illo ordine, cãm Reip. periculaq; rerũ ſuarũ detulerunt: Bithynię, q̃ nunc veſtra prouincia eſt, vicos exuſtos eſſe cõplures, regnum Ariobarzanis, qđ finitimũ eſt veſtris vectigalib. totũ eſſe in hoſtiũ ptãte; Lucullũ magnis rebus geſtis ab eo bello diſcedere: huic qui ſuccurrerit non ſatis eſſe paratũ ad tantũ bellũ adminiſtrandum,

Vnum

Vnum ab omnibus ſocijs Reipub. & ciuibus ad id bellum Imperatorem depoſci, atque expeti eumdem hunc vnum ab hoſtibus metui, præteraa neminem,

Cap. 3. DE CREIA.

CHreia eſt commemoratio breuis, alicuius perſonę factum, vel dictum aptè referens dicta autem eſt quod ſit vtilis. Et Chreiarum aliæ verbales ſunt, aliæ actiuæ, aliæ mixtæ. Verbales ſunt, quæ vtilitatem oratione demonſtrant. Vt Plato dixit: Virtutes ramosè laborib. atq. ſudoribus produci. Actiuę ſunt, quę actionem, aut factum ſolum recenſent, vt Pythagoras interrogatus quanta nam eſſet hominum vita, cum per temporis ſpatium ſe conſpiciendum exhibuiſſet, latebras humanæ vitæ menſuram ex momentaneo conſpectu deſignans; Mixtæ, quæ ex vtriſque conflatæ ſunt oratione, & actione, vt Diogenes, cum vidiſſet adoleſcentulum laſciuiētem ac indecorè ſe gerentem, pædagogum illius bacculo percuſſit: ſuperaddens, qui talia doces, aut ſic inſtruis? Chreiam verò conficies hiſce capitibus, atque tractabis à

Laudatione	Parabolæ
Paraphraſtico	Exemplo
Cauſa	Teſtimonio veterum.
Contrario	Breui Epilogo.

EXEM-

EXEMPLVM VERBALIS *Chreiæ, quo Iſocrates doctrinæ radicem amaram eſſe dicebat, fructus vero dulces: Orditur autem ab encomio hoc modo.*

Encomiaſticon. MErito laudandus eſt Iſocrates, propter eximiam dicendi facultatem, qua ſibi nomẽ clariſſimum comparauit, & quãta vis eloquẽtiæ eſſet, ipſam exercendo demonſtrauit, eamque illuſtrem fecit, non ipſe ab illa illuſtratus. Quibus autem, vel Reges admonens, vel inſtituens priuatos, bene de hominum vita meruit, longum eſſet recenſere. Verùm, quod de eruditione protulit, haud ab re fuerit commemorare.

Amator, inquit, eruditionis, a laborib⁹ auſpicatur, ſed laboribus deſinẽtibus in vtilitatem, quod quàm philoſophicè dictum ab eo ſit, hinc licet perſpicere.

A paraphraſi ſiu expoſitione. Qui enim bonarum artium amore capiuntur, hi ſanè cũ profeſſoribus, ac ducibus ſtudiorum conuerſantur, ad quos accedere, vt formidoloſum eſt, ita relinquere ſtultiſſimũ. Et pueri quidem nunquam metu vacant, & cum adſunt præceptores, & cũ venturos expectant. Succedunt p̃ceptoribus pædagogi, viſu terribiles, ſed cum verberibus ſæuiunt, formidabiliores. Qui ẽt priuſquam verberent, timẽtur. Metũ punitio ſubſequitur, dum oĩa, puerorum errata vindicantur, & rectè facta, opera virtutis tanquã ad ea nati ſint, exactiſſimè requiruntur: Iã verò pædagogis ipſis ſunt moleſtiores

aſpe-

aſperioresq; pr̄es, in deābulationes atq; vias inquirentes, & vetantes in publicū egredi: forū ipſum habētes ſuſpectum. Qđ ſi opus fuerit in filios aīaduertere, ita excādeſcunt, vt naturæ obliuiſcant, nec ſe parētes eſſe meminerint: verū huiuſmodi reb. exercitatus puer cū in virū euaſerit, merita coronatur virtute.

At, qui veritus iſta, fugerit magiſtros, deuitarit parentes, & pædagogos fuerit auerſatus, prorſus eruditionis expers, ſcientia priuabitur. Nā metū declinans ſimul cum ipſo doctrinā relinquet. Hęc igitur omnia Iſocratem perſuaſerunt: Eruditionis radicem amaram eſſe. *A cōtrario.*

Nā quemadmodum agricolæ ſummo cū labore terræ ſemina mādant, fructus verò maiore cum voluptate colligunt: ita qui ad ſtudia accingūtur, ſibi laboris multi comitem gloriam comparant. *A ſimili.*

Reſpice Demoſthen. vitā, q vt oratorū omniū laborioſiſſ. ita clariſſ. euaſit, qui fuit adeo ſtudijs intēt⁹, vt comā natiuū capitis ornamentū, exeundi poteſtatē ſibi præripiendo detōderet, ratus id pulcherrimū decus, qđ a virtute ꝓueniſſet: Quæ igit alij profundūt ad voluptates, ille cōtinuis lucubrationibus impendit. *Ab exēplo.*

Idcirco ꝓclarè hoc, vt oīa, Heſiodus. Aſperā eſſe ad virtutem viam, cacumen verò molle: nam idem, quod Iſocrates, protulit. Heſiodus enim viam: Iſocrates aūt radicem appellauit, diuerſis verbis eandē vterq; ſententiā demonſtrantes. *A Teſtimonio veterum.*

Quæ

Quę ſi rectè cōſiderabimus, meritis laudibus euehemus Iſocratē, vt qui ſapienter de eruditione conſcripſerit optima.

Scholia.

CHreia, &c. Quæ ab alijs vtilitas, a Priſciano vocatur vſus. Et eſt, eodē auctore commemoratio orationis alicuius, vel facti vtriuſque, celerem habens nos demonſtrationem, quæ vtilitatis alicuius plerumque cauſa profertur.

Verbales, &c. Orationes eas appellat Priſcianus, quibus oratio ſola ineſt, vt Plato dicebat, Muſas in animis eſſe ingenioſorum.

Itē Diogenes Cynicus ait; Nihil oīno in vita abſque exercitatione perfici. Eā omnia exuperare poſſe, Laertius lib 6.

Itē, Seneca dixit. Nulli ſunt tam feri, ſuiq; iuris affectus, vt nō diſciplina perdomentur, Vide Paulum Manutium in prouerbio, Exercitatio poteſt omnia.

Item, Xenocrates: Dixiſſe me pęnituit aliquando, tacuiſſe nunquam. Valerius lib 7. c. 2. Eſt ſilentij tutum præmium. Vide in Manutio prouerbium.

Itē Anacharſis dixit; Leges Aranearum telis ſimiles eſſe, Valer. lib. 7. c. 2.

Idem protulit, vitè vuas tres ferre, primā voluptatis, ſecundā ebrietatis, tertiā męroris, vt ait Diogenes Laertius lib. 3.

Virtutis ramos, &c. Hoc eſt, ad bonarū literarum, atq; virtutis fructū eſſe viam arduam atque aſperā. De qua re carmen extat elegās Virgilij de litera Pythagorica.

ca. Oſtendit non ceſsātibus ac inertibus, ſed induſtrijs paratam eſſe gloriam, cū Deus, iuxta prouerbium, faciētes adiuuet, atque labore ſua munera vēdat. Etenim qui vitat molam, vitat farinam. Neque mel, neque apes.

Actiuę, &c. Sūt auctore Priſciano, ī q̃bus actus ineſt ſolus. Vt Cotys Thraciæ Rex, ei, qui dono miſerat παρδαλιν, viciſſim dono miſit Leonē: nihil addens. Sed malā beſtiā mala pēſādo, prudēter oſtēdit, par pari, iuxta ꝓuerbiū, referēdum eſſe. Meminit Plutarch. in Apophtheg.

Item Heraclitus Philoſophus Σκοτεινὸς dictus, in ſeditione rogatus, vt apud populū ſententiā diceret, quo pacto ciuitas redigi poſſet in concordiam, conſcēſo ſuggeſtu, popoſcit calicē aquæ frigidæ, & paululū farinæ inſperſit, mox de glechone admiſcuit, i. vel pulegij Syluestris, vel leguminis genus. Deide epoto calice diſceſſit, nec verbum addidit. Hoc facto innuēs, ita demū ciuitatē carituram ſeditionibus, ſi repudiatis delitijs, aſſueſcerent paruo contenti eſſe.

Item Lacones, ſi quādo ſtratagemate ſuperaſſent hoſtem, Marti bouē immolabant, ſin aperto prælio, gallū, Quo facto innuebant, præclarius eſſe hoſtē ingenio, citra ſanguinem deijcere, quam pugna, vtrinque plerumque cruenta.

Itē apud Gymnoſophiſtas olim magnę fuerat vnus ęſtimationis: Huic Praxiteles pſuaſit, vti ad Alexādrū ſe cōferret

gen-

Digitized by Google

gentibus exteris iã bellũ illaturum. Veniẽs proinde ad regẽ, bubulã pellẽ aridã in mediũ coniecit, obãbulanſq; eius extrema pedib. premebat. Pellis cũ ad vnã tantũ partẽ calcaretur, reliquis in altũ attollebatˀ. Eo facto, media deinceps firmius inſtitit, atq; ita pellis vndique immota cõquieuit. Tali exẽplo Alexãdrũ ille cõmouit nè in lõginquis locis tẽpus tereret, ſed imperij mediũ tueretur: ita .n. in eius finibus quietura oĩa: Vt refert Diodorus Siculus in Alexandri vita.

Itẽ exemplum eſt Actiuæ Chreiæ, ſed Tyrannicũ de Tarquin. papauerũ ſumma decutiente, qđ deſcribit Liuius, li. 1. Et carminibus hiſce Ouid. 2. Faſtorum.

Vltima Tarquinius Romana gentis habebat.
Regna, vir iniuſtus, fortis ad arma tamen:
Ceperat hic alias, alias euerterat vrbes,
Et Gabios turpi fecerat arte ſuos.
Namque trium minimus proles manifeſta ſuperbi
In medios hoſtes nocte ſilente venit.
Nudarunt gladios, occidite dixit inermem,
Hoc cupiunt fratres, Tarquiniuſque Pater.
Qui mea crudeli lacerauit verbere terga,
Dicere, vt hoc poſſet, verbera paſſus erat.
Luna fuit, ſpectant iuuenem, gladioſque recondunt.
Tergaque deducta veſte notata vident.
Flent quoque, & vt ſecum tueatur bella, precantur.
Callidus ignaris annuit ille viris
Iamque potens, miſſo genitorem appellat amico,
Perdendi Gabios, quod ſibi monſtret iter.
Hortus adoratis ſuberat pulcherrimus herbis,
Septus humum riuo lene ſonantis aqua:
Illic Tarquinius mandata latentia nati,
Accipit, & virgo lilia ſumma metit.
Nuntius, vt redijt, decuſſaque lilia dixit,
Filius agnoſco iuſſa parentis, ait.

Nec

Digitized by Google

Nec mora, principibus caſis ex vrbe Sabina,
Traduntur Ducibus mœnia nuda ſuis.

Extat amabilius exēplum, quo pueris Lacones oñdebant ſeruos, q̄ vino eſſent temulenti, quò magis abominarentur ebrietatē, videntes, q̄ deforme ſpectaculũ eſſet homo immodico madens vino, quāque dementi ſimilis. Imò cogebant Helotas, hoc eſt agreſtes hoĩes, q̄ plurimũ bibere. Deinde ingurgitatos mero, ſaltationes ineptas ſaltare, & carmina q̄-dā ridicula canere. Ita ꝙ alij ꝓlixo ſermone vix perſuadent, ſobrietatē eſſe rē honeſtiſſimam, ebrietate nihil eſſe hoĩe indignius, illi cōpendio ponebant ob oculos, ſed in mancipijs, ad quorum mores degenerare ingenuis turpiſſimũ eſt. Refertur a Plutarch. in Demetrij vita. *Ebrietas.*

Pythagoras interrogatus, &c. Pythag. idcirco appellatũ affert Diog. Laert. l. 8. ꝙ veritatem perinde atque Pythius ipſe loqueretur. Hic eſt, qui vitam quoque humanam ſimilem eſſe dixit Panegyri, hoc eſt, ſolemni hominum conuentui.

Idem fertur diſcipulos admonere ſolitus, vt iſta quotidie, cum domum ingrederentur dicerent.

Τη παρέβην τίδ᾽ ἔρεξας τίμοιδὲν οὐη ἐτε-λέσθης.

Hoc eſt quo prætergreſſus, quid geſtum in tempore quid non?

Mixtæ, &c. Vt, Diogen. die quodā cũ populus theatrũ egrederet, aduerſus populum ingredi nitēs dixit: Hoc in omni po-

Vulgi peruerſitas. vita facere ſtudeo. Sētiebat philoſophū a populo diſſidere, cū Philoſophus rōne populus agat̃ cupiditatib. rapiaturq. varijs perſuaſionibus. Hinc ab Horatio vocatur, Bellua multorum capitum.

Itē Rex Ageſilaus aliqn̄ arundine pro equo cōſcenſa, vna cū filiolis colludens, ait amico īteruenięti, nè cui dicas, priuſ quā ipſe quoq; liberorū parēs ſis factus. Feſtiuè ſubindicās, eū luſum nō eſſe leuitatis, ſed pietatis. Nec hoc, ꝙ agebat, videri poſſe ineptū ei, q modò expertus eſſet, q̃ inſons ſit affect⁹ charitatis parēτū erga filios. Auctor Plutarch. in vitis.

Item: Quum aliqn̄ conſcendiſſet equū Plato, mox deſcendit, dicens ſe vereri, *μὴ ἱπποτοφία ληωθή*, i. ne equeſtri faſtu corriperetur. Superbū animal ē equus, & equitare quiddam habet magnificum, parumque philoſopho dignum.

Itē: Lacedęmonijs ad publica cōuiuia ingredientib. qui nato erat maximus ſingulis oñdebat fores dicens, Per has nullus egredietur ſermo; admonēs nihil effutiēdum, ſi quid liberius dictū eſſet in conuiuio. Hunc morē inſtituit Lycurg.

Equeſtris faſtus. Itē; Laconē hoſpes, quē pridie declinauerat, poſtridie ſtragulis commodato ſūptis ſplendidè excepit, at ille ſtragulis conculcatis, dixit; pp has heri ne ſtorijs quidem indormire licuit. Lepidè riſit illorum morem, qui cū ſint tenues, tñ affectāt videri diuites, corrogata, aut cōducta ſuppellectile. Qđ maximè ſolent

in

in excipiendis hoſpitibus, in nuptijs, aut alioqui ſolẽnibus epulis. Porrò cum ineptum ſit, tuas oſtentare diuitias, quanto magis ridiculum eſt, oſtentare ſuppelle-ctilem alienam, ab vſurarijs ſumptam?

Alius Lacon quidã, noctu præteriens monumentum, cum ſibi viſus eſſet videre ſpectrum, accurrit lancea traiecturus & in hoc nitẽs, Quo me fugis inqt, animabis moritura? Mentem audis verè liberam oĩ formidine, quæ nec laruarũ ac lemurum occurſu terreri potuerit.

Itẽ: Cũ Dionyſius in cõuiuio iuſiſſet, vt ſinguli in veſte purpurea ſaltarent, (Purpura verò tũ Regũ erat geſtamen, nunc ſutoribus ẽt cõis) Id Plato facere recuſauit his trimetris è fabula quapiã.

Θυκαν` δαναίμην θήλην ἐνδῦαι ςολήν
Ἀῤῥὰ πεφυκὼς καὶ γίνυσι ἐξάρξενος

Id eſt,

Muliebri ergo haud quanquam indui queam ſtola.
Vir natus ipſe, & ex virili germine.

Ariſtip. vero nõ recuſauit, ſed indoctꝰ purpura ſaltatuꝰ, hoc verſus recitauit:

καὶ γὰρ ἐν βακχδύμασιν ὅιοῦς ἐσώφρων
δ διαθαρήσεται,

Refert Diogenes Laertius, l. 2. de vita Philoſophorum.

Item, Plato frugalis erat, ſed tñ amãs mũditiei. Cõtra Diogenes ſordidus. Itaque calcans Platonis culcitram, præsẽtibus aliquot Dionyſij amicis quos Plato incitaret ad conuiuiũ, dixit; Calco faſtũ *Diogenes ſordidus. Faſtus.*

C Pla-

Platonis. Calcas, inquit, Plato, ſed alio faſtu. Nam hoc ipſum faſtus erat, quod iactabat munditiei cõtemptum. Et qui ſordibus gloriãtur, non minus ambitioſi ſunt, quam qui ſplendidè veſtiũtur, ſed aliter. Turpior eſt autẽ ambitio, ex ſuco virtutis laudem captans. Vnde Socrates animaduertens Antiſthenẽ ambitioſius oſtentare veſtem laceram, & detritam, facere hoĩem increauit ὑν παύσῃ inquit, ἐφκαλλω πιζόαενος ἡμῖν, id eſt, nõ deſines te nobis commere? Significans eiuſdem eſſe ambitionis vtilitatem amictus oſtentare, & delicato cultu ſe venditare.

Scilurus. Itẽ, Scilurus Scytha liberos octoginta maſculos habẽs, cũ eſſet moriturus faſciculũ iaculorũ ſingulis porrexit, iuſſitque rũpere, Id cũ ſinguli recuſaſſent, eo quòd videretur impoſſibile, ipſe ſingula iacula eximit, atque ita facilè confregit oĩa. Quo facto filios admonens: *Cõcordia.* Si cõcordes inqt eritis, validi inuictiq; manebitis: cõtra ſi diſſidijs, & ſeditione diſtrahemini, ĩbelles eritis & expugnatu faciles. Recẽſet Plutarchus ĩ Apophthegmatis.

Item, cum Diogenes Cynicus aliquãdo vidiſſet puerũ concaua manu bibentẽ: Hic puer, inquit, me, frugalitate ſuperat, qui ſuppellectilẽ ſuperfluã mecum circumferã: & ductum è pera poculũ ligneum abiecit. Neſciebam inquiens, & in hoc nobis prouidiſſe naturã. Quum alterum puerum vidiſſet, vaſculo facto cauo panis excipere lenticulam, abiecit &

cit & catinum ligneum vt ſuperuacaneum: vt ſcribit Diogenes Laertius lib. 6. de vitis Philoſophorum.

Baculo pcuſſit &c. Idẽ refert Priſcianus, & Quint. li. 1. c. 9. Idẽ vel ſimile Crateri attribuit, vbi ſic ait, Chreiarũ plura genera tradũtur. Vnũ ſimile ſnīæ, quod eſt poſitũ in voce ſimplici, dixit ille, aut dicere ſolebat. Alterũ qđ eſt rñdeo, interrogatus ille, vel cũ ei edictũ eſſet rñdit. Tertium huic non diſſimile, cũ quis non dixiſſet, ſed feciſſet, vt Cretes, cum indoctũ puerũ vidiſſet, pędagogũ eius percuſſit. Sẽtiens primæ ætatis formatoribus potiſſimũ imputandũ eſſe, ſi adoleſcẽtes euadãt malè morati, aut indocti. *Pædagogis.*

Idem Diogenes in foro quodã ſtans, clamabat: Adeſte hoĩes, veluti concionaturus ad populum. Cumque iam frequentes conueniſſent, nec ille deſineret clamare: Adeſte homines, quidã indignati: En adſumus, dic aliquid, Tũ Diogenes baculo illos abigens: Hoĩes, inq̃t, adeſſe iuſſi, non ſterquilinia. Nõ putauit hominis cognomen in eos cõpetere, qui non viuerent iuxta rationem, ſed brutorum in morem agerentur affectibus.

Idem adhibita interdiu lucerna rogatus quid nam vellet, reſpondit: ἄνθρωπον ζητῶ: hoc eſt, hominem quęro, queadmodum teſtatur Diog. Laert. *Hom.*

Iſocrates, &c. Hũc Cic. de Oratore ſecũdo, vocat eloquẽtię patrẽ, & Rhetorũ ferè omnium magiſtrũ. Cuius è ludo tã-

quam ex equo Troiano eloquētiæ principes extiterunt innumeri.

Radicem, &c. Hanc ſententiā Diomedes, libr. 1. in exercitatione Chreiarum aſcribit Catoni, inquiens. M. Portius Cato dixit, Literarum radices amaras eſſe, fructus iucundiores.

Reges admonēt, &c. In quorū numero fuit Nicocles, ad quē de regno ſcripſit Iſocrates Orōnē admonitoriā. Similiter ad Demonicū: λόγον παραινέτιχον.

Punitio, &c. Apud Aphthon. habetur κόλασις. Sūt aūt tres puniēdi cauſę, vna eſt, q̄ νυθεσία, vel παραίνεσις, vel κόλασις dr̄, i. aīaduerſio, cū pęna adhibetur, caſtigandi atq; emendandi gratia, vt is, qui fortuito deliquit, attētior fiat correctus. Altera τιμωρία, cū dignitas, auctoritasq; eius. in quem eſt peccatū, tuenda eſt, ne p̄termiſſa pœna cōtemptū pariat. Tertia vindicandi ratio, παράδειγμα, cū punitio propter exemplum neceſſaria, vt reliqui metu cognitæ pęnę deterreātur a peccando. Hæc Gell. lib. 6. cap. 14.

Opera virtutis, &c. Apthon. hēt κατορθώματα. Queādm. Græci rectā effectionē κατόρθωσιν appellāt, ſic recta, aut rectè facta κατορθώματα vocāt auctore Cic. de finib. 4 Idem offic. 1. Perfectum officium, inquit, rectum, opinor, vocamus, quòd Græci κατόρθωμα appellant.

Demoſthenis vitā, etc Qui p maximos labores ad eloquētiæ culmē cōſcendit. Hic, vt Plutarch. ſcribit, ſubterraneum

locum ſibi cōſtruxit, in quem p dies ſingulos deſcēdens, corpus, & ingeniū exercitabat. Sæpè ēt duos vel tres menſes cōtinuos domi incluſus nō ceſſabat, abraſa parte capitis, vt exeundi facultatem ſibi præriperet. Hic idē vadoſis littoribus inſiſtens, declamationes fluctuū fragoribus obluctātibus edebat, vt ad fremitus concitatarū concionū patientia, duratis auribus in actionibus vteremur. Fertur quoq; ore inſertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet, ac ſolutius, vt ait Valer. lib. 8. cap. 7.

Heſiodus, &c. Heſiodi locus extās prima Georgicon, hic eſt:

Τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι, μακρὸς καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ᾽ αὐτόν. Ἠ᾽ τραχὺ τὸ πρῶτον, ὅπως δ᾽ εἰς ἄκρον ἵκηαι Ῥηιδίη δ᾽ ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

CHREIAE ACTIVAE EXEMPLVM iuxta prædictos locos tractatum ſtudio, exercendi: cuius argumentum tale eſt.

Cum patrem videret mortuū Ioſeph, flens ruit ſuper faciem eius, & deoſculatus eſt eum, Geneſis 50.

AB ENCOMIO FACIENDIS, exordium ducitur hoc modo.

QVis nō laudibus cōdignis euehere ſtudeat, factū hoc egregiū viri sā

 ctiſſimi

ciſſimi Ioſeph, quo præclarũ eximia pietatis ſpecimen exhibuit, atq; virtutis exẽplũ, nõ oretenus, ſed pleno charitatis opere defunctum parentem proſecutus eſt?

Ab expoſitione. Cum benedixiſſet nepotib. ſuis Iacob, ægrotus, ac impoſuiſſet finem mãd tis quibus filios inſtruebat, colligit pedes ſuos ſuperlectulum, diemq; ſuum obijt. Qđ cernens Ioſeph, corruit ſuper defuncti parentis chariſſimi vultum, ac mortuũ defleuit. Quo facto vir pijſſimus admonuit, nos vt nobis charos, vita defunctos lugeamus, non tamen vt Ethnici, nullam ſpem habentes.

A cã. Quippe hãc vim nõ ſolũ hominibus, ſed etiã feris indidit, ac ingenuit diuina poteſtas, vt diſſolutionẽ naturæ perhorreſcant, ac ipſa relinquenda luce moueãtur, & diſceſſu à ſuis angãtur. Quis igĩ tam ferreus, quem nõ acerba chariſſimorum ſuorũ funera prouocent ad luctũ?

A contrario. Qđ ſi corda prauorum hominũ tangit luctus, hoc eſt; ægritudo ex eorũ, qui chari fuerũt, interitu acerbꝰ quis iniquũ duxerit, ſi boni viri, qui iuxta prouerbiũ lachrymabiles ſunt, chariſſimorũ ſuorũ funera fleuerint? & ſi populus olim in deſerto nimis luxit impios, quod murmurauerant, & inſurrexerant cõtra Dominum Deum cur fuerit à pijs alienum, piorum funera lachrymis proſequi?

A Simili. Quemadmodũ corpora noſtra doloribus adficiuntur, ſi membrũ aliquod fuerit reſectum, ita non iniuria mœrore conficiuntur

ficiuntur atq; luctu, qui dulciſſimã al q̃ familiæ ſuæ, atq; generis partẽ amiſerũt, hoc eſt patrẽ, aut amicũ, qui fuerit alter ipſe, ab eadẽ. vt Pythagoras inquit, aĩa.

Quis Prophetæ Samueli vitio vertit, ꝙ mortuum Saul Regem defleuerit? Quis Regẽ Dauidẽ reprehendit, ꝙ planxerit filium Ammon, & eiularit in morte filij Abſalon? Quis deniq; vniuerſo Iudaico & Iſraelitico populo ſuccenſuit, quod in duro Ionæ caſu fuerit lamentatus? *Ab exẽplo.*

Et diuinarũ literarũ monimenta nos inſtituũt & adhortãtur, nec deſimus plorãtibus, ſed cũ lugentibus ambulemus. Et docent longè melius eſſe, in domũ luctus ire, q̃ ad domum conuiuij, ꝙ in illa finis cunctorũ admoneat hominũ vt viuens cogitet, quid futurum ſit. Vnde cũ Abner à Ioab eſſet interemptus, dixit Rex Dauid oẽm populum: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plãgite ante exequias Abner in Hebron. *A Teſtimonio.*

Rectè igitur Ioſeph ſupra defuncti parentis faciem ruẽs planxit eum, & q̃d imitemur, nobis omnibus propoſuit egregium veræ pietatis exemplum. *A breui Epilogo.*

CHREIAE VERBALIS EXEMplum, quo eadem ſententia contrarijs locis eſt variam. & cuius argumentum eiuſmodi eſt.

Vir quidam doctus moriturus, hoc Ennij carmen protulit.

Nemo me lachrymis decoret, neque funera fletu.
Faxit, cur? volito docta per ora virum.

EXORDIVM AB ENCOMIO præclaræ ſententiæ ducitur in hunc modum.

DIgniſſima profectò memoratu, ac laudatu ſententia, q̃ duo poetę, Q. Ennius, & Fabius celeberrimã reddiderũt, ille, qa fuit auctor, hic qm̃ ſemper vſurpauit. Vterq; maximus ingenio: ille patriã Rudias nobilitauit, creditus habuiſſe tria corda, qđ Gręcè, Oſcè & Latinè sciret loq. Vnde nõ immeritò charus fuit Scipioni Africano, & Q. Nobiliori, viris clariſſimis. Hic eruditione ſua variaq; rerũ cognitione patriã ſuã Italiã, & inibi ciuitatẽ, vbi natus erat, Bononiã fecit illuſtrẽ, id ſtudio ſuo cõſecutus, vt innumeros Heroas atq; principes illuſtriſſimos ſibi pararit amicos, æternamque nominis gloriam fuerit adeptus.

Ab expoſitione. Cuius vt multa præclarè ſcripta sũt, ita non pauca grauiter dicta, cuius generis illud Ennianũ, qđ ſupremo tẽpore veluti cantator Cygnus funeris ipſe ſui, ſuauiter emiſit. Quo vates eximia ſapientia præditus, noluit defleri hominum doctorũ, atq; priorum mortem, quam a malis abducentẽ vita beata eſſet conſecutura.

A cauſa. Sciebat, pias aĩas corporeis vinculis, atq; omnibus humanis incommodis exutas, perpetuo victuras Nouerat aĩos hominum

minũ eſſe diuinos, ijsq; cũ è corp. exceſſiſsẽt reditũ ad cęlũ patere, optimoq; et iuſtiſs. cuiq; expeditiſs. vt ait Cic. de Amic. Videbat, res mũdanas tot caſib. atque periculis innumeris obnoxias. Animaduertebat, nullas domos eſſe, ĩ quib. nõ multi luctus olim fuerint, hodieque verſent̃. Videbat oẽs vrbes nihil aliud eſſe, q̃ miſeranda, vt Solon apud Valer. inquit, cladiũ humanarũ circũſepta, vt multi extiterint, qui nõ naſci optimum cenſuerint, aut quam ocyſſimè aboleri.

Quód ſi lacrimis indulgendũ eſt, ij ſolũ flendi fuerint, quibus mors terribilis eſt, hoc eſt, ijs quorũ cũ vita oĩa extinguunt̃: non aũt deflendi, quorũ virtutis gloria nũquã eſt interitura ſed poſt mortẽ ſpecioſior futura. Hinc, vt ait Cicer. Sapientiſs quiſque æquiſs. aĩo moritur, ſtultiſs. iniquiſs. Hinc. n. cui cæca mens, qui nihil aliud conſiderat, quã externa mortis opera, luget miſerabiles ſibi viſos hoĩum caſus: at ille metu mortis nõ exhorreſcit, nec lamentat̃, qui ſecum reuoluit, nobis ex hac vita diſcedendum, tanquam ex hoſpitio, non domo, cum nobis natura diuerſorium commorãdi, non habitandi dederit. Deinde perpẽdit internam mortis vtilitatem, qua dicitur vltima linea rerum, malorum requies, & æternæ vitæ ſimul ac ſalutis origo. Sapienter Reo Eccleſiaſtes inquit: Laudaui magis mortuos, quam viuentes, & fæliciorem vtroq; iudicauit, qui non *A contrario.*

natus eſt, nec vidit mala, q̃ ſub ſole fiũt.
In hoc ipſum, qui defixos oculos habet, alacrior audet dicere:
Cum valet illa dies, quæ nil, niſi corporis huius.
Ius hẽt, incerti ſpatiũ michi finiat æui,
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis Aſtra ferar.

Quid. n. hẽt vita cõmodi, q̃d nõ potius laboris? O præclarũ diẽ, cum ad illud aĩorum conciliũ cætumq, proficiſcar, & cũ ex hac turba, & colluuione diſcedã? Pro dij immortales q̃ optabiliter iter illud ineundum, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla ſollicitudo futura. Hæc Cicero in Catone maiore, & primo Tuſculanarum quæſtionum.

Quẽadmodũ illorũ vicẽ non dolemus, ſed læti gratulamur, q reduces ẽ grauiſſimis præliorũ crudeliũ periculis in patriã ad chariſs. amicos cũ triũpho reuertuntur; ita bono iure debemus (ne meliorẽ fortunã ĩuidere videamur) ĩ illorũ diſceſſu gaudere, q ex hac lacrimarũ valle atq; vita, q̃ ſuper terrã ꝑpetua, vt S. Iob ait, militia eſt, d migrauit ĩ cæleſtẽ patriã vbi vera charitas, & pax æterna regnat.

Ab exẽplo. Quæ iã cũa dicta non ſolum S. pr̃es, ſed ẽt Ethnicorũ philoſophi aĩs reputantes, confirmarunt mortẽ nõ modo flendam nõ eſſe, ſed voluptatis ẽt loco ducendã, aut fortiter contemnendam. Exemplo ſunt tot hominum piorum millia, qui per vincula, verbera, flammas, atque per arro-

atroces diuerſorũ generũ cruciat⁹ ĩterẽpti, cũ gaudio cõceſſerũt ad cælorũ reg. Sed ijs omiſſis, q̃d de Socr. loquar? cui ſincera fuit hilaritas ĩ morte, Qui poſt sũptã cicutã, cũ frigerẽt mẽbra: Debem⁹, inquit, gallũ Eſculapio pſoluere: iocans perinde, quaſi sũpta potione medica cõualuiſſet. Quid de Cyren. illo Theod. phil.? qui cum Lyſim. Rex crudelia minaretur; Iſtis, quæſo, inq̃t, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Theod. q̃dem nihil ĩtereſt, humanè, an ſublime putreſcã. Quo dicto genus oẽ mortis cõtẽpſit, poſt hãc vitã lõgé meliorem expectãdo. *Socrates.* *Theodoro.*

Diuinæ literæ nõ mœroris plenam, ſed potius p̃ciosã eſſe mortẽ ſanctorũ in cõſpectu dñi, prædicãt. Et eos, q doctí fuerint, poſt hãc miſerabilẽ vitã fulſuros, vt cæli formamentũ. Qđ licet nõ cognouerint Thraces, ñ ex q̃s, et funera cũ hilaritate celebrabãt. Qui ſine vllis doctorũ p̃ceptis humanæ cõditionis, (vt Valer. inquit habitũ præuiderunt, ſæpe mortẽ homini optimã, & vt oĩum malorũ finẽ optandã eſſe, vitã aũt deflendã, tot ærũnis refertã. Conſiderarunt nihil in terris hõi miſerabilius eſſe, quem natura tam nudũ, & in nudæ homo natali die abijcit ad vagitus ſtatim et ploratũ, nullũq; tot aĩalium ad lachrymas, & has protinus vitæ pricipio. Ab hoc lucis rudimento, quod ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiũt, & oĩum membrorum nexus, atque infœliciter natum ia- *A veterũ teſtimonio. Thraces.*

cet manibus pedibuſq. deuinctis flens: Animal cæteris imperaturum, & a ſupplicijs vitam auſpiciat, vnam tantum ob culpam, quia natum eſt, vt ait Plinius.

Ab Epilogo breui Rectè igitur ille iam moriturus, Ennij verſic. proferend. cenſuit, vt nullius boni viri mortem, ita ſuam non eſſe deplorandam, quę tot a malis eripiat, ac a miſerrimæ ſeruitutis captiuitate bonos aſſerens, in vitam æternam perducat.

ALIVD CHREIAE VERBALIS Exemplum, cuius Argumentum tale eſt: Eccleſiaſtes cap 10. dixit. Pecuniæ obediunt omnia: Exordium ducitur a laude.

REx Iſrael Eccleſiaſtes ex intimis diuinæ ſapientiæ penetralibus de prōpta multa dixit, ad rerum oĩum optimarum cognitionem pertinentia, maximè veritatis, cuius eſt tanta vis, vt cōtra hominum ingenia, fictaſque omnium inſidias, facilè ſeipſam poſſit defendere.

Ab expoſitione. Opibus, inquit, vniuerſa ſimul obediunt. Quo dicto, quid verius eſſe poſſit, non video. Etenim pecuniam, quæ genus, & formam donare poterit, reginā facimus omnes. Huic ſeruimus omnes, huic palmā tribuimus omnes, huic omnia expenſa: huic omnia feruntur accepta, & in ratione mortalium ſōla vtramque paginam facit.

A cauſa. Nec immerito: Nā quicquid eximiū, quicquid ſplendidū, quicquid venuſtū, quicquid deniq. glorioſū hominib contingit, id a ſolius pecuniæ bñficio proficiſcitur.

ciſcitur. Huic libenter omnes obtemperiamus, victi lucro, nec iniuria, cũ quicquid rerum, vel bonarum, vel malarũ geratur inter mortales, id pecuniarum fiat gratia. Qua ratione permotus apud Euripidem. Bellerophon, inquit:

Sine me vocari peſſimum, vt diues vocer.
Nemo an bonus: an diues, omnes quærimus,
Non quare, & vnde quid habeas. tantum rogant.
Vbique tanti quiſque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe ſit, quæris? nihil,
Aut diues opto viuere, aut pauper mori.
Bene moritur, quiſquis moritur, dum lucrum facit
Pecunia ingens generis humani bonum.
Cui non voluptas matris, aut blanda poteſt
Par eſſe Prolis, non ſacer meritis parens.
Tam dulce, ſi quid venerit, in vultu micat.
Merito illa mores cælitum, atque hominum mouet.

Reſpice pauperẽ inopis viri culinã, videbis oĩa frigere. Contẽplaberis pauciſſimos, et eoſdẽ pãnoſos, ſordidos, ſqualidos inibi delitescere miniſtros, neminẽ ibi regnandi palmã obtinere, q̃ famem ſtrigoſam, cũ canibus mures inedia cõſumentẽ. Cõſiderabis loca cuncta ſqualẽtia ſitu, catilla carioſa, patellas ſcabroſas, cibaria rãcida, ſuppellectilia rubiginoſa, parietes, fuligine, atq; araneis oppletos, ſtragula pediculoſa, & breuiter oĩa, q̃ procul intuenti poterunt horrorẽ incutere, & ab acceſſu inauſpicato deterrere. At vbi fueris ingreſſus aulã pecuniæ, vbi videbis oĩa luculenta, oĩa feruere opera, greges hoĩum innumeros in officio eſſe, nec eos ſordidos, ſed argẽto, atque auro coruſcos. Admiraberis appa-

ra tuũ magnificẽt. gẽmis pauimẽta, tapetib. ꝓtioſis muros, ſedilia crocco, purpureis angulos oẽs aulæis, opificio deniq; citreo lacunaria refulg. Præterea coquinã, genere ſeruarũ atq; lautitiarũ oĩ renidẽtẽ, vbi ſuppetat abũdè Iouis cerebrũ. Attica bellaria, & breu. Deorũ, (vt prouerb. dr̃) cibus. Etenĩ vbi regina pecunia regnat, ibi rerũ oĩum vberrima copia redundat, inopia ꝓtinus expellitur, queẽadmodũ olĩ apud Græcos fames, q̃ virgis ex ædib. ſolebãt eijcere, dicentes: ἔξω βούλιμον ἔσω πλοῦτον ὑγίειαν. Ideſt foras famẽ, intrò diuitias atq; ſanitatẽ.

A Simili. Queẽadmodũ in magnas, opulentaſq; beatorũ Principũ aulas recipi certatim hoĩes adlaborant, vt dñorum gratia ad honores atq; diuitias euehi poſſint: Sic quò potẽtior pecunia tãto feruẽtius adfectant oẽs ſub eius imperio eſſe, cuius bñficio nõ difficulter, & opes, & honores maximos poterunt conſequi. Porró,
Prima feré vota, & cunctis notiſs. tẽplis
Diuitiæ, vt creſcant, vt opes, vt maxima
toto nr̃a ſit arca foro, vt Iuuenalis ait.

Ab exẽplo. Quem aũt puduerit in pecuniæ caſtris militare, in quibus non modó priuatorũ innumerabilis, ſed etiã magnorũ Principũ, atq; Cæſarũ multitudo ſtipendia fecerunt. Exemplo ſit, vt alios innumeros ꝓter eã, ille, cuius vox in prouerbium abijt. Lucri bonus eſt odor ex re qualiber.

A teſtimoniis veterum. Verũ enimuero, nõ iniuria ſeruiũt omnes pecuniæ, cum ea vis, atque anima ſit

mor-

mortalium, multoſque amicos vulgo concilier.

χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Et Menander.

Δύναμιν πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα.

Quæ perpendẽs Horatius, ex vulgi ſententia dixit.

O ciues, ciues q̃renda pecunia primum (eſt.
Virtus poſt nummos: hæc Ianus ſummus ab imo.
Perdocet, hæc recinunt iuuenes dictata ſeneſque.

Ergo veriſſima eſt, quam Eccleſiaſtes protulit, ſententia, quæ tam nationibus omnibus in ore, quàm nunc etiam omnibus pecuniæ ſeruis in vſu. *A conclusione.*

ALIVD CHREIAE VERBALIS Exemplum cuius Argumentum eiuſmodi eſt.

Plato Philoſ. dixit: Tum demũ beatũ terrarũ orbẽ futurum, cũ aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cæpiſſent.

A Platonis laude ſumitur exordium hoc modo.

Valer. Max. prodidit mem. Formicas Plat. dormiẽtis in cuius paruuli labellis mel inſeruiſſe. Qua re audita ꝓdigiorũ interpretes ſingularẽ eloquij ſuauitatẽ ore eiꝰ emanaturã dixiſſe, ĩdices illæ nequaq̃ vanę, nec cõiectores hi futiles extiterũt, nã tantas non ſolũ eloquẽtiæ, ſed ẽt philoſoph. facultates aſſecutus Plato fuit, vt eius ſerm. Iouem, ſi Græcè loqui velit,

velit, vſurũ ꝓdicarẽt, & Plat. alij Phil. Homer. alij Philoſ. Deum appellarent. Scripſit autem omniũ, & elegantiſſimè & grauiſſimè complura, inter quę relucet, quod de Reip. fælicitate protulit.

Ab expoſitione. Ingenij ac doctrinæ princeps tũ demũ fore btãs Reſp. putauit, ſi aut docti, aut ſapientes hoĩes eas regere cœpiſſent, aut qui regerent, oẽ ſtudium in doctrina, & ſapiẽtia collocaſſent: Animaduertit nulla fortunata regna fore, quibus ſtulti fuerint prædominati, non eruditione, atque virtutibus præcellentes viri.

A cauſa. Etenim fæliciter oĩa ſuccedẽt in Rep. q̃ gubernant viri ſapientes, imbuti ꝓceptis Philoſ. Hæc eſt vitæ dux, virtutis indagatrix, vitiorum expultrix, ſine qua hoĩum vita nihil poterit eſſe. Illa peperit vrbes, illa diſſipatos hoĩes in ſocietatẽ vitæ conuocauit, illa eos inter ſe primò domicilijs, deinde coniugijs, tũ literarũ, & vocum cõione iunxit: illa inuẽtrix legũ, illa morum, & diſciplinæ magiſtra, vt ait Cicero Tuſculanarum 5.

A contrario. Quis igit̃ ciuitates nõ fortunatas prædicet, q̃ ſapientũ regunt̃ imperijs? Contra, quis non infælices arguat, quas cæca ſtultiorũ temeritas adminiſtrat, cũ è doctrinis ſapientũ plurima cõmoda proueniãt? è ſtultorũ aũt ignorãtia calamitates infinitæ? Eteni ſtulti ſtulta (iuxta ꝓuerbiũ) loquunt̃, ac faciũt: Sapientes aũt ſapienter omnia. Et viribus melior ſapientia, & vir prudens, quàm fortis. c. 5.

Quem

Digitized by Google

Expers malorum vita nulli contigit.

SVPERLATA, VT

Infirmius nihil homine.

Hoc ergo pacto ſententia diuidit̃. Tractabis verò ipsã eiſdẽ capitib⁹, q̃ in vſus ex-

Digitized by Google

explicatione diximus. Laudabis primũ, deinde explicabis, tum confirmabis, ex Cauſa, Contrario, Similitudine, Exemplo, Teſtimonio veterum. Demum breui Epilogo concludes. Differt autẽ ſententia ab vſu, eò ꝙ vſus perſæpe actiuus eſt: Sententia verò ſemper in oratione conſiſtit. Deinde quod vſus ſemper habet additam perſonam. Sententia ſine perſona effertur.

EXEMPLVM SENTENTIAE Exhortatiua, Theognide.

In mare cetiferum ne te pramat aſpera egeſtas,
Deſili, & a celſis corrue, Cyrne, iugis.

Indignũ Theognidi viſum eſt, Poeticam velut rẽ ineptã accuſari. Itaq; relictis fabularũ cõmentis, ipſe ad formandos mores, vitamque inſtituendã ipſam traduxit. Cũ videret.n. Poetas cõpoſitis fabulis, veluti præclaro aliquo inuento, gaudentes, ipſe ſatius duxit, qũo rectè viuatur, carmine complecti. Laudãdus certè ob vtrũque, & qđ matri grãm obſeruauit, & quod meliorũ admonẽs, inſtitutionis attulit fructũ. Sed huius, vt alia oĩa, ita hoc imprimis meritò quis laudauerit, quod de paupertate dixit. *A laudabili.*

Quidnã igitur dixit? Qui vitã in miſeria ducit, mori poti⁹ amet. Multò.n. melius a vita diſcedere, q̃ Solẽ ſui dedecoris teſtẽ habere. Hæc ſunt, q̃ ex philoſophorũ dogmate protulit. Licet aũt conſiderare, qua rõne motus, iſta ediderit.

Degens.n. in paupertate, cùm adhuc

minor

A cauſa. minor natu eſt, neq; exerceri ad virtutē, vt veró ad virilē puenerit ætatē, improbiſſima faciet. Legatus.n. pro patria pecunia corrūpetur, cōcionatur⁹, in ſenatu fortè, quo ſpes lucri duxerit, eò flectet orōnē. Ius verò dictur⁹, ꝓ largiēte ꝓnūtiabit, ſuſcipetq. ꝓ ſuffragijs dona.

A cōtrario. Vacui aūt paupertatis curis, et pueri ad ſpē protinus honeſtiſſimū virtutis attolluntur, & viri facti cūcta ſplendide adminiſtrant, iam in pace ſumptum edendis publicé muneribus faciendiſque ludis præbentes, iam in bello impenſas in toleranda militiæ onera conferentes.

A ſimili. At veró quemadmodū grauibus aſtricti vinculis, quò minus liberū ipſis ſit, quod velint agere, vinculis prohibētur, ſic in paupertate degētibus obſtat, quò minus exercere libertatem poſſint, ipſa paupertas, & inopia rerum.

Ab exēplo. Irum vides, qui cū Ithacenſium vnus eſſet, non tn̄ id iuris ſibi, quod reliquis ciuibus erat: Cui tā moleſta paupertas fuit, vt nomen quoq; inopia pmutaret, Arnæus.n. primò vocat⁹ eſt, poſtea Irus appellat⁹, id ab adminiſtratione cognomentum aſſecutus. Et quid oportet Irū dicere? Ipſe qui Ithaca quoque potiebatur Vlyſſes, poſtquam domum rediens paupertatem ſimulabat, ipſius etiam ſēſit mala, domi ſuę a temulentis miniſtris percuſſus, & iniuria affectus, adeo paupertas meo iudicio durares eſt.

Præclarè ergo, rectèque Euripides, inquit,

Digitized by Google

quit, Malum eſſe nihil habere, neque paupertatem nobilitate leuari poſſe.

Quo ergo quis ſatis, & pro dignitate laudabit Theognidem, talia tamque grauiter de paupertate monentem?

Scholia.

SEntentiam authore Quintil. veteres, quod aīo ſenſiſſent, vocauerunt. Nos aūt hoc loco dicimus orationē, quæ ad mores, & communem hominum vitam pertinet, oſtenditque, quid aut fiat in ea plerūque, aut fieri oporteat. Vt: Feras, non culpes, quod vitiari non poteſt. *Lib 8 c. 5.*

Comes facūdus in via pro vehiculo eſt.

Furor fit læſa ſæpius patientia.

Nimium altercando veritas amittitur.

Harum Publij ſententiarum meminit Gellius lib. 17. c. 14.

Aliqñ refert ad rē. Cic. pro Ligario: Nihil eſt tam populare, quàm bonitas. Aliqñ ad perſonā, vt illa Afri Domitij: Princeps, qui vult oīa ſcire, neceſſe habet multa agnoſcere. Quintil. lib. 8. c. 5.

Oportet amicum, &c. Locus deſumptus eſt ex Homeri decimoquinto Odyſſeæ, vbi Menalus ad Telemachum, ita loquitur.

Χρὴ ξεῖνον παρίοντα φιλεῖν ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Non ego te longius, inquit, hic morabor redire cupientem.

Aegrè vtrumque feram. ſi me nimis hoſpes amabis,
Oderit, aut nimis, at medium ſeruantia laudo,
Nam ſemel exceptum, vt nolentem impellere dirum,
Sic retinere malum fuerit properare volentem.

Oportet

Oportet igitur, & hoſpitē præſentem amare, & volentē dimittere: vt interpretatur Raphael Volater. Admonet autē Menelaus inciuilem eũ eſſe, qui non ſit hoſpitalis. Inciuilē itē qui nimiũ hoſpitalis, abire cõtēdenti penulā, vt aiũt, ſciderit, atq; nolentē pertinacius retinuerit. Inuitũ ſeruare, nec eſt mētis puto ſane.

Hoſpitalitas

Turpe quiete, &c. Locus habetur in Iliados lib. 2.

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,

Haud dignu duce, i. noctē dormire per oēm, vt reddit Manut. in prouerbio: Nõ decet principē ſolidā dormire noctē. Docet, vigilantiā ac ſollicitudinē maximé cõuenire principib. vt qui tātam negotiorũ ſarcinā ſuſtineāt humeris. Sapiēter ille iudicij ſubtilis Rex q traditum ſibi diadema, priusq̃ capiti īponeret, retētũ diu conſiderauit, inquiēs: O nobilē magis, q̃ fælicē pannũ, quē ſi qs penitus cognoſcat, q̃ multis ſolicitudinib. et periculis, et miſerijs ſit refert, ne humi qdē iacentē tollere vellet. Hæc Valc. li. 7. c. 2.

Pecunijs opus eſt, &c. Locus ex 1. Demoſt. Olynthiaca, quem in prouerbio: Pecuniæ obediunt oīa, ſic vertit Manu. Breu. opus eſt pecunijs, neque circa has quicquā eorũ quę facienda ſunt, confici poteſt. Quippe mortalibus nihil eſt charius pecunia. Hæc vna inter mortales plurimum valet. Vnde 1. Epiſt. Horat.

Pecunia.

Scilicet vxorem cum dote fidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

At

As bene nummatum decorat Suadela Venuſque.

Bellerophon apud Euripidem inquit, pecuniarum vſum contemplatus.

Sine me vocari peſſimũ, vt diues vocer.
Nemo an bonus, an diues omnes quærimus.
Non quare, & vnde, quid habeas tantum rogant.
Vbique tanti quiſque, quantum habuit fuit.
Quid habere nobis turpe ſit, quæris? nihil.

Sine quibus, &c. Fuerunt enim qui dixerunt: Impoſſibile pecunijs indigentem bene principari, ſtudioque vacare poſſe. Atqui vbi non honoratur virtus, ibi nõ eſt poſſibile, firmum optimorum eſſe in Repub. ſtatum. Cuius rei meminit Ariſt. 2. Politic. c. 9.

Optimum id augurjũ, &c. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Sumptus eſt ex Homil. 12. Iliados; vbi Hector auguria reliqua negligens loquitur adhuc modum.

Aligeris auibus tu me parere iubes nunc, Auguria.
Quarum nulla mihi cura, aut reſpectus, vtrumne
Ad dextram Eoi veniant mihi Solis ad ortum,
An lauam: ad Solem occiduum, noctiſq; tenebras.
Verum nos Iouis arbitrio parere neceſſum eſt.
Altitonantis, hic imperium tenet vnus in omnes,
Quotquot mortales, quotquot ſunt morte carentes,
Vna auis optima, pro patria pugnare tuenda.

Et Q. Fabius Maximus cũ augur eſſet dicere auſus eſt: Optim. auſpicijs ea geri, q̃ pro Reip. ſalute fierent; quæ contra

Remp.

Digitized by Google

Remp. ferrentur, cōtra auſpicia fieri, vt ait Cicero in Catone maiore.

Cæterū olim apud Gētes auguria, vel auſpicia ſummis ſtudijs obſeruabantur, ac maior illis adhibita fides ob mirū factū Actij Nanij. Quo tantus honor acceſſit, vt nihil belli domiq; poſtea, niſi auſpica cogeretur, vt ait Liu. li. 1. Hinc dānatus fuit L. Iunius, ꝙ auſpicijs, neglectis, claſſem tēpeſtate amiſit: Et P. Claudius, ꝙ cum auſpicia more maiorū petēti pullarius non exire pullos cauea nunciaſſet, eos in mare iuſſerit abijci, dicens. Quia eſſe nolunt, bibant. Valet. lib. 1. c 4. quæ tamen malè obſeruabant.

Sunt autem ſentētiæ ſimplices, quæ ſimpliciter ſine rationis ſubiectione proferuntur, vel Liber eſt is æſtimādus, qui nulli turpitudini ſeruit.

Item: Egens æquè is eſt qui non ſatis habet, & is cui nihil ſatis poteſt eſſe.

Itē: Optima viuendi rō eſt eligenda eā iucunda conſuetudo reddet, Quæ ſētentiæ nō ſunt improbandæ, propterea ꝙ hēt breuis expoſitio, ſi rationis nullius indigeat, magnā delectationē. Sed illud quoq; probandū eſt genus ſententiæ, qđ confirmatur ſubiectione rōnis, hoc modo: Oēs bene viuendi rationes in virtute ſunt collocādæ, proprerea quòd ſola virtus in ſua poteſtate eſt, oīa præter eā ſubiecta ſunt rerum mutationi. Vide Cic. 4. ad Herennium, & Quint. lib. 8. c. 5.

Compoſita, &c. Sunt ſententiæ q̄ dupli-

plices efferũtur, hoc modo, Sine rõne. Errãt q in proſperis rebus oẽis impetu fortunæ ſe putãt fugiſſe. Sapienter cogitãt, *Fortuna.* q tẽporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant. Cũ rõne, hoc pacto; Qui adoleſcentiũ peccatis ignoſci putãt oportere, fallũtur, propterea q̃ ætas illa nõ eſt impedimẽto bonis ſtudijs. At ſapiẽter faciunt, q adoleſcẽtes maximè caſtigant, vt qbus virtutib. oẽm vitã tueri poſſint, eas ĩ ætate maturiſſima velint cõparare.

Multos eſſe malũ, &c. Vlyſſes Iliados ſecũdo loquitur ad Therſiten: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανὶη κοίρανος ἔστω, Qđ Manu. (in *Monarchia.* prouerbio: Imperatorũ multitudo Cariam pdidit) ita vertit: Multos imperitare malũ eſt: Rex vnic⁹ eſto, C. Cæſar Caligula, cũ audiret fortè Reges, q officij cauſa in Vrbẽ aduenerant, concertãtes apud ſe ſuper cænã de nobilitate generis exclamauit; εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεὺς, vt ait Suet. Vnus Dñs ſit, vnus Rex. Eſt aũt triplex Reipu. ſtatus δημοκρατία, id eſt, principatus populi, μοναρχία, i. vnius principatus, et ὀλιγαρχία, id eſt Reſp. a paucis adminiſtrata. At qua nihil eſt peius licẽtia multitudinis, quæ nulli paret, ſed ꝓ ſua quiſq; libidine rẽ gerit. Hanc Græci vocant ἀναρχίαν, malũ ferme tyrannidẽ peius. Par malum πολυαρχία.

Probabilis, &c. Priſcianus veriſimilẽ appellat. Vt ſi quis cũ malis conuerſatur libenter, nunquã de hoc bene interrogaui viro, ſciens quoniã ſæpe talis eſt, quales

les illi, cum quibus conuerſatur.

Cõſuetudo cõtagioſa. Quales, amicos, &c. Vnde Pſ. 17. Cum ſancto ſanctus eris, & cũ viro innocẽte innocẽs eris. Et cũ electo electus eris, & cũ peruerſo puerteris. Celebratur et hic Senarius a Græcis Κακοῖς ὁμιλῶν κ᾽αὐτὸς βήσῃ ἐκακός, ideſt malus ipſe fies ſi malis cõuixeris. Corrumpunt.n. mores bonos colloquia praua. Et ſi iuxta claudũ habites, ſubclaudicare diſces. Vide Manu. in prouerb. Plutarch. in cõment. de ratione dignoſcẽdi verũ amicũ ab adulatione, ſcribit tãtã habere vim aſſiduã cõſuetudinẽ, vt ĩprudẽtes ẽt imitemur vitia eorũ, quibus cũ viuim⁹. Sic Platonis familiares eius gibbum imitabantur.

Expers malorũ, etc. Aphthonius. Ἀλυπὸν βίον, habet, vitã, inquit, ſine triſtitia nulli licet inuenire. Recte Heſiodus.

Ἀλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.

Ipſa dies qñque parens, qñque nouerca eſt. Proinde Plinius ſe dubitare dicit, vtrũ natura ſæpi⁹ nouerca ſit, an mater, vt q̃ tot venena, tot itẽ remedia progignat. Nemo eſt, qui ſẽper in tranquillitatis portu nauiget. Quotuſquiſq; eſt hominũ, quos nõ teneat aliud, atque aliud tanq̃ in Panegyre malorũ, infortuniũ? Vt ſapienter Solon protulerit. Si in vnũ locũ cuncti mala ſua contuliſſent, futurũ, vt propria deportare domum, quam ex omni miſeriarum aceruo portionem ſuã ferre mallent, vt ait Valer. lib. 7. c. 2.

Su-

Superlata,&c. Priſcianus ſuperlatiuas ſnĩas vocat; vt fama malũ, quò nõ aliud velocius vllum. Mobilitate viget, &c.

Infirmi⁹ nihil, &c. Verſus Homer. eſt. οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο. Quẽ Manut. in prouerbio. Homo bulla eſt, ita tranſtulit; Nil hoĩe enutrit tellus infirmius alma Catanæus: Debilius nil terra facit mortalib. ipſis. Glaucus Iliados 6. veré loquitur in hanc ſnĩam. Tale genus eſt hominum, quale foliorũ, &c. *Homo bulla.*

Indignũ theognidi, &c. Nomẽ eſt poetæ Græci, cui⁹ (vt Tert. ait) ſæpe meminit in legib. Plato. Et Manu. in prouerb. Optimũ nõ naſci, carmẽ hoc eius citat; Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον. Idem prouerbiali figura dixit. οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται οὐδ᾽ ὑάκινθος.

Qui vitã in miſeria, &c. Hoc argumẽtũ, & ſtyli, & ingenij exercẽdi cauſa tractari ſolet, Nõ vt paupertati, (quæ iuxta prouerbiũ ſapientiã ſortita eſt) ſuſpẽdio ſit arbor diligẽda, aut deſiliendũ a quinque ſcopulis, vel rupibus in vndã. Veri⁹ eſt, qđ S. Chryſoſt. in Epiſt. ad Hebræos ſcriptũ reliquit. Paupertas eſt manus ductrix in via, q̃ ducit ad cælũ Sed hoc malũ ĩfluxit humãis mẽtib. vt honori ſit pecunia, et nemo, niſi diues, honore dign⁹ habeatur, vt ait S. Ambr. 2. Offic. c. 101.

Nequit exerceri ad virtutem, &c. Etenim, vt Iuuenalis Satyr. 3. inquit.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Et Satyra ſeptima.

Pau-pertas *Neque enim cantare ſub antro*
Pierio, thyrſumve poteſt contingere ſana
Paupertas, atque æris inops quo nocte dieque
Corpus eget.

Quippe, vt Ariſt. 1. Ethic. inquit: fieri nõ põt, aut nõ facilè fit, vt is agat res præclaras, cui facultates deſunt. Multa nãq; p amicos, p diuitias, p ciuilẽ potentiã, tanquã p inſtrumenta agũtur. Et in decimo ſcribit, ſapiẽtẽ & iuſtũ reb. his indigere, quæ neceſſariæ ſunt ad vitã. Idẽ (vt Laertius Diogenes ſcribit lib. de Vita philoſophorũ quinto) dixit: Virtutẽ ad beatã vitã ſibi minimé ſufficere, qppe corporis bonis exterioribusq; indigere, qđ tñ iuxta veritatẽ Chriſtianã eſt falsũ, cũ virtus ſatis ſit ad hominẽ fœlicem reddẽdum.

Improbatiſſima faciet, &c. Vnde Hor. in Odis: lib. 3. Oda 14.

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere & pati,
Virtutiſque viam deſerit arduæ.

Mantuanus in Bucolicis.

Pauperies inimica bonis eſt moribus, omne
Labitur in vitium, culpa, ſcelerumq; miniſtra eſt.

Pecuniæ corrumpetur, &c. Sed hæc ſunt exercitij gratia dicta, cum è cõtrario diuitiæ malorum ſint irritamẽta, ſtimulos maiores ſubdant, atq; feneſtram aperiãt criminibus, vt pręſtiterit honeſta paupertate laborare, quàm iniuſtis diuitijs affluere. Hic Menander.

Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλȣτεῖν κακῶς

Id eſt, honeſtius eſt pauperem eſſe, quã iniuſtè.

iniuſtè diuitem.

Duo ſunt, vt inquit in nouis Rhetoricis Cic. q̄ poſſunt ad turpe cōpendiū permouere, inopia, & auaritia; vnde fit vt legati, atq; cauſi dici pecunijs ſæpe correpti cauſam deteriorē foueāt, ac tueātur: Ergo lex erat apud Corinthios, nè legatione fungentes acciperēt munera. Et lege Cornelia cautū: ne quis legatis exlerarū nationū pecuniā expensā ferret, vt ait Pōponius Lætus. Inter cætera fuit obiectū Æſchini, ꝙ munera legatus acceperit, vt ait Quintil. l. 4. c. 4. Et Demoſthenes ipſe, accepta pecunia, cōtra Mileſios loq. noluit, argentanginā ſe pati dicens. Vide Gellium li. 11. c. 9. Et Manutiū in prouerbijs. Porrò nihil eſt iā ſanctū, qđ non violari, nihil tā munitū, qđ nō expugnari pecunia apud improbos q̄n̄q; poſſit. Vnde Philippus Macedonū Rex an prę ſidiū tā eſſet difficilè acceſſu rogauit vt aſinº auro onuſtº accedere nō poſſet.

Non tn̄ id iuris, &c. In Rep. diuites plus & honoris & authoritatis habent, quā pauperes: dat. n. cēſus honores pauper vbiq; iacet. Quippe quemadmodū timiditatē, atq. contemptum paupertas adfert, ſic opulentia παῤῥησίαν hoc eſt loquendi confidētiam aducit, & ornamētū populare. Vulgus diuitū duci, vt ait Horatius, fortuna ebriū, hoc queat ſuis diuitijs deberi, vt quicquid dixerint, id protinus quaſi Apollinis oraculū omnes ſuſpiciāt, & approbent, vt ait Manutius

in

in prouerbio.

Ἀργύρῳ κρίνω λαλοῦσιν.

Arnæus, &c. Homerus Odyſſeæ 12. loquitur in hanc ſententiam; Prodit pauper publicus, qui per vrbem Ithacam mēdicabat, cuius erat inſigne, vacuum continuo ventrem cibo potuq; explere, vis alia ei nulla, ſeu virtus. Aſpectu fuit procerus, cui nomen Arnæo ex ipſa geneſi mater indidit. Iuniores veró cuncti Irum vocabant, quoniam ſi quis vellet, nuntium ferebat more Iridis. At id reſpiciens Ouid. in Ibin inquit;

Qualis erat, nec fortuna binominis Iri.

Paupertatis sēſit mala, etc. Vlyſſes mēdicus viſus multa patiebat. Contumelijs adfectus a Melanthio, q calce quoq; cū pcuſſit. Antinous ſcabello petijs, Odyſſ. 17. Et cū proci cibis, vinoq; eſſent obruti, in Vlyſsē debacchati sūt. Etenim Minerua, vt Vlyſſis aīum adhuc magis iniurijs exerceret, procos ab iniuria non pmiſit abſtinere. Vnde Criſippus pedē bubulū é caniſtro corripiens iecit in Vlyſſem, vt habetur Odyſſeæ vigeſimo.

Paupertas nobilē alioqui redd. t in gloriā, vnde illud Horatius Ser. li. 2. Sat. 5. Et genus, et virtus, niſi cum re vilior alga eſt.

Paupertatem nobilitate, &c. Extat, & Menādri ſenarius; *πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ*, id eſt paupertas autem inhonoratum, & nobilem facit. Vel, clarum reddit paupertas in gloriam, id eſt, claro loco natos, obſcuros atque contēptos facit. Illuſtre genus ſine diuitijs magis deprimitur, quàm exaltatur.

EXEM-

EXEMPLVM SENTENTIAE
Deſumptum ex Priſciano, cuius argumentum eſt.

Non oportet per totam noctem dormire virum multis conſulentem.

Laudabis igitur eũ qui dixit, breuiter:

Deinde, ſimplici expoſitione explicabis ſententiam, vt; Non decet virum in ſumma poteſtate multis pręſidentem, ab occaſu ſolis vſq; ad ortum opprimi ſomno, aut veterno torpeſcere.

Debet enim pręſes ſemper vigilare, & ſubditorum ſuſcipere curam, quam ſomnus auffert, & officij reddit immemorē. *A cauſa.*

Cõtrariũ eſt enim Rex & priuatus, & ſomnus & vigiliæ. Sicuti ergo moleſtũ non eſt, ſi priuatus homo per totam dormiat noctem, ſic intolerabile, ſi Rex nõ vigilet, conſulatq; ſibi parentium ſaluti. *A contrario.*

Quẽadmodũ nauiũ gubernatores, ſi cęteri dormiãt, ſoli ꝓ cõi vigilãt ſalute, ſic oportet Imperatores ꝓ ſuis eſſe ſolicitos. *A comparatione.*

Hector noctu vigilãs, & Reip. prouidens, ſpeculatorem ad naues Grecorum mittebat Dolonem. Scipionis vigilantia Syphacis dormitãtis caſtra expugnauit. Liuius lib. 10. belli Punici.

Quod Saluſtius quoque comprobat, dicens: Multi mortales dediti ventri, atque ſomno, indocti, multiq. vitam ſicuti peregrinantes, tranſigunt. *Ab exẽplo.*

Hæc habet exhortationem plerũque, *Concluſio.*

vt: Oportet & nos neceſſarias res ſuſcipientes, ſumma cura, vigilijſque eis cõſulere, quibus præfecti ſumus.

ALIVD EXEMPLVM meum, cuius argumentum eſt.

Eſt melius tumido mergatur æquore Cyrnus:
Quam leuium ſtudijs ſolicitetur opum.

Exordiũ a laude. Quæ ſapienter dicta mores expoliũt, & ingenia formant, laudem ſuam merentur, quale carmen illius, qui longè melius eſſe confirmabat, fluctibus obrui ſi liceret, quã honeſta paupertate reiecta diuitijs congerendis iugiter inſudare.

Ab expoſitione. Quę ſibi q̃d velint cõſideremus. Vitã pauperis cum honeſtate coniunctã lõgè præſtantiorẽ innuit, eſſe quàm quæ perpetua cõtrahendarum opũ libidine diuexatur, imò lõgè conſultius in mare, ſi liceret, pręcipitẽ dari, quã peruerſis opũ coaceruandarum ſtudijs diſtorqueri.

A Cã Longè.n.melius eſt, parum cũ timore Dñi, q̃ theſauri magni, & inſatiabiles. Et q̃d in ſe mali hẽt paupertas ſacra? q̃d nõ potius boni? Hęc á Deo profecta manuductrix quędã eſt ĩ via, quæ ducit ad cælũ, vnctio athletica, exercitatio quędã magna & admirabilis, port⁹ trãquillus. Et nihil opulẽtius eo, q̃ paupertatẽ ſpontè diligit, & alacritate ſuſcipit, vt ait Io. Chryſoſt. ſer. 18. ſup̃ Epiſt. ad Hebręos. Diuitijs igitur paupertas anteponẽda, q̃ ſecuritatis aſylum eſt, vitiorũ expultrix,

&

& ingenij repertrix, vt Græci rectè dixerint, πενία τὴν σοφίαν γέλαχε. i. paupertas ſapiētiā adinuenit Cic. 5. Tuſculanarū: Dies me deficiet, ſi velim paupertatis cauſā defendere. Aperta res eſt, & quotidie nos ipſa natura admonet, q̃ paucis, quā paruis rebus egeat, quā vilib⁹. Quid igitur ꝓdeſt diuitiarū gloria fluxa & fragilis? Fęlices pauperes ſi ſua bona norint.

Quantum hominibus diuitię incōmodent, vel cæco manifeſtū eſt. Plenæ ſunt curarum atque ſolicitudinum. *A contrario.*

Pauca licet portet argenti vaſcula puri,
Nocte iter ingreſſus gladium contumq timebis,
Et moræ ad Lunam trepidabis arundinis vmbram,
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Et nulla aconita bibuntur.
Fictilibus: tunc illa time cum pocula ſumes.
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

Præterea ſtultitiam patiuntur opes, tollit amicos opulentia. Satietas (vt prouerbio dicunt) ferocitatem parit.

Diuitiæ ſuperbos, ac inſolētes reddūt, vim inferunt, libidini fomenta ſubminiſtrant, largitionibus iura ſubuertunt, tyrannidem augent ac tutantur. Breuiter, vitijs omnibus feneſtram aperiunt.

Nullum crimen abeſt, facinuſq libidinis, ex quo
Paupertas antiqua perit, hinc fluxit ad Iſtros
Et Sybaris colles, hinc & Rhodos & Meletos,
Atque coronatum petulans, madidumq. Tarentum.
Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu.

Diuitiæ molles, Vt ait Iuuen. Saty 6. Cōtra, paupertatis eſt tuta ſecuritatis mater, omnis virtutis atque ſapiētiæ produ-

ctrix, omnium ciuitatũ cōditrix, oĩum artium repertrix, oĩum peccatorũ inops, omnis glorię munifica: cunctis laudibus apud oẽs nationes perfuncta. Eadem. n. apud Græcos ĩ Ariſtide, iuſta: ĩ Platone, benigna, in Epaminunda, ſtrenua, in Socrate, ſapiẽs, in Homero, deſerta. Eadẽq; pauptas populo Romano imperiũ a primordio fundauit, proq; eo Deo ĩmortali Simpulo, & catino ſacrificabãt, vt ait Apulei⁹, orõne prima. Aug. ſup Pſ. 76. Oĩs Philoſophiæ magiſtra nobis eſt inopia.

A ſimili. Quemadmodum vinũ (vt prouerbio dicitur) ſenem, vel nolentem ſaltare cõpellit, ita nihil tã ineptũ, nihil tam a virtutibus oĩbus alienũ eſt, ad quod nõ incitet, atque pelliciat diuitiarũ affluentia atque luxus. Et quemadmodũ diuitiarũ frõs hilaris, multis intus amaritudinibus eſt referta, ſic paupertatis horridior aſpectus, ſolidis & certis bonis abundat, vt ait Valer. Max. Et quemadmodum Campana luxuria inuictũ armis Annibalẽ illecebris ſuis cõplexa, vincẽdum Romano militi tribuit, ita Romanæ paupertatis frugalitas peperit victoriam. Acheſilaus paupertatem comparabat Ithacæ, patriæ Vlyſſis, q̄ iuxta Homerũ aſpera quidem eſſet, ſed bona κουροτρόφος, id eſt, iuuenum altrix; dum eos cõſuefacit frugaliter cõtinenter viuere, & ad omnem virtutis functionem exercet eos.

Ab exẽplo. Reſpice diuitem illũ in Euangelio, q pretioſis quotidie veſtibus induebatur, ſplen-

ſplēdideq; viuēs, genio indulgebat. Cui quid aliud perniciē attulit, q̃ diuitiæ? Et quid aliud perdito illo Blio peccādi præbuit occaſionē? Quid Iudæ Chriſtū prodendi, niſi vis pecuniæ, atque iniquitatis mammona?

Hinc ille Eutrapelus cuicunque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa. beatus enim iam
Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia, & ſpes,
Dormiet in lucem, ſcorto poſt ponet honeſtum.

Officiū, vt ait Horat. primo Epiſtolarū.

Rectè Crates ille Thebanus, qui cū ad Philoſophādū Athenas proficiſceretur, magnū auri pōd⁹ in mare ꝓiecit, inq̃ēs, Se nō poſſe virtutes, & diuitias in ſimul poſſidere. Hīc Moyſes natu grādior noi uit vocari filius filię Pharaonis, poti⁹ eligēs paupṫatē pati, & ſimul afficimalis cū populo Dei, q̃ tparijs peccati commodis frui: maiores arbitratus diuitias ꝓbrum Xp̄i, q̃ Aegyptiorū theſauros Heb. 11.

Sapiēter in Epiſtola Seneca: Aude, inquit, hoſpes cōtemnere opes, & te quoq; dignū finge Deo. Nō ali⁹ Deo dign⁹ eſt, quā qui opes contempſerit. Et in Euangelio Chriſtus ipſe teſtat̃, Camelū facilius tranſire per foramen acus, quā diuitem intrare in regnū cœlorum. Proinde S. Bernardus in ſerm. de oībus ſanctis: Vis, inquit, obtinere cælum, paupertatis vtilitatem cōplectere: Regnū cęlorum eſt pauperū, beat⁹ qui poſt illa nō abijt, quæ poſſeſſa onerant, amiſſa cruciant. *A teſtimonio.*

Qua pp cum paupertas multorū cau-

ſa ſit bonorum, diuitiæ autem complurium fons & origo malorũ, quid aliud reſtabit, quam vt illam laudibus euehendo amplectamur: Has autem eleuando flocci faciamus?

ALIVD SENTENTIAE exemplum, argumentum.

Κοιμώμενος οὐδενὸς ἄξιος, Hoc eſt, Nemo dormiens vlla re dignus.

Exordium à laude. Diuinis ingenij frugib. abũdãs Plato eo vſq; fuit in eloquẽtia progreſſus, vt ſi ipſe Deus cœlo deſcẽdiſſet, nec elegãtiore, nec beatiore fecũdia fuiſſet iuxta hominũ capacitatem, vel extimationẽ, vſuras. Tãtã .n. vim tantãq; copiã vndique collegerat, vt inuicẽ per totum terrarũ orbẽ diſpergi atq; dilatari poſſit, vt ait Valer. lib. 8. c. 7. Multa aũt pręclara ꝓtulit, è quibus illud, ꝙ in legibus ſcriptum reliquit; Nemo dormiẽs vlla re dignus.

Ab expoſitione. Quo ſomnolẽtos reprehẽdebat, & ad virtutis fructũ nunquã peruenturos adfirmabat eos, qui nõ per ſtudia, atq; labores dextrũ illum virtutis arduum, & difficilem callẽ ingreſſi fuiſſent, ſed in lato, atque molle voluptatis hærentes, vitam deſidioſam exegiſſent.

A cã. Etenim ὁ φεύγων μύλην ἄλφιτα φεύγει. fugit molam, fugit farinam. Qui re fugit induſtriã, non fruetur emolumẽtis. Nũllus tibi continget honor, niſi tuã adiunxeris induſtriam Bonarum literarũ ſtudia ſequitur gloria: ignauiam autẽ con-

Digitized by Google

tẽptus & inopia. Cũ igitur, quæ pulchra ſunt, difficilia ſint, qui nucleũ (vt aiunt) eſſe vult, nucem frangat oportet.

Optimum aiũt obſoniũ ſenectuti laborem eſſe. Laborandũ .n. eſt in iuuẽta, quò ſenectuti ſuppetat cõmodi⁹ viuẽdi facultas. Porrò nõ iniquè cõparatũ eſt, vt deſidẽs, & veternoſi iuuenes in ſummam ignominiã, atq; paupertatem incurrant. Honeſtis autẽ ſtudijs intẽti, & induſtrij, conſequantur authoritatẽ, gloriam, atq; diuitias. Hæc virtutis sũt præmia, illa deteſtabilia ignauia ſtipendia. *A contrario.*

Quemadmodũ qui in certaminibus Olympicis nõ pugnaſsẽt, fortiter, nullis afficiebat̃ honorib. Et agricolę otio torpentes, & arua relinquẽtes inculta, nihil præter zizania cõſequuntur, ita deſides adoleſcentes ad gloriã nullã euecti, bonis omnibus deſtituũtur. Etenim ſi quis apes, quód ſint aculeatæ nolit perpeti, is nec melle quidem quod optat, fruetur. *A ſimili.*

Ariſtotelẽ conſidera, qui ſi tot puiſſet ocio, ad excelſum illud eruditionis & honoris culmen non fuiſſet euectus. *Ab exẽplo.*

Cõtemplare Phanij filium Cleãthũ, qui sũma preſſus inopia, noctu hauſit in hortos aquã, vt interdiu ſtudijs liberalibus operã impẽderet. Vnde φρεάντλης appellatus, hoc eſt, puteos exhauriẽs, ſecũdum Diogenẽ Laertium lib. 7. Item Euclidẽ reſpice; Qui ſummo literarũ amore flagrans, nullos ſubterfugiebat labores, imò graue periculũ ſubibat, vt tem- *Cleanthos.* *Eu lides.*

pore nocturno Socratem audiret. Vide Gellium lib 6.c.10.

[illegible] monio. Sapiẽter Græci dicunt: Θεοὶ τ' ἀγαθὰ πόνοις πωλοῦνται, ideſt, Deus ſua munera laboribus vendit, quo docent ſudore pernenienduni eſſe ad gloriam:

Quiſquis enim duros caſus, virtutis amore,
Hauſerit, ille ſibi laudemq́ decuſq́ parabit.
At qui deſidiam, luxumque ſequetur inertem,
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores,
Turpis inopſque ſimul miſerabile tranſiget æuum.

Epilogus. Rectè igitur Plato cẽſuit: Nulla munera deſidioſis deberi: gloriam aũt atque virtutis præmia ſtudioſis eſſe parata.

ALIVD SENTENTIAE EXEMplum: argumentum.

Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere.

Exordiũ á laude. Tyberius Cęſar merita laude celebrãdus eſſet, ſi quam bene cępit vitã, bene tranſegiſſet. Qui, Diogene Grãmatico ac Theodoro Gadareo Rhetore pceptoribus vſus, in doctũ virum euaſit. Vnde principatus ſui initio mirã prudẽtiã præ ſe ferebat. Et procul dubio fæliciter regnaſſet, ſi nõ eũ viuẽdi licentia, nec, quæ hominum teterrima peſtis eſt, voluptas tranſuerſum egiſſet. Ad quem ſcopulũ priuſquam feciſſet naufragium, principe digniſſimam protulit ſententiam.

Ab expoſitione, & a Cauſa. Qua monuit pecunias á ſubditis ita exigẽdas eſſe, vt relliqnat ſors, vñ res poſſit creſcere. Dãnat δημοβόρους, qui purpurati

omnia

omnia cõuertũt in fiſcũ ſuũ, & quocunque ſe cõferũt, abradũt ita, atq; ſpoliãt, vt eum carne pellem detractam dicas.

Etenim boni paſtores, ita tõdent, vt lana detõſa poſſit renaſci. At q deglubũt, nihil reliqui faciunt. Quos expilatores crudeliſs. non iniuria homicidas vocare poſſis, iuxta illud Eccl. 34. Panis egẽtiũ, vita pauperis eſt; qui defraudat illũ, hõ ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panẽ, quaſi qui occidit proximum ſuum.

Expilator homicida eſt. Necare is dicitur, qui alimẽta aufert;

Pauperibus cẽs facultates eripere facinus eſt oium teterrimum, at ſubditorũ fortunas augere, pclariſſimũ. Vnde Artaxerxes Xerxis filius, ſolit⁹ fuit dicere: Regalius eſſe addere, q̃ adimere, Sẽtiẽs principe dignius, honorẽ, & opes eorũ, quibus imperant, exaugere, quã minuere. Et Ptolomeus Lagi filius, regalius eſſe dicebat ditare, quam diuitem eſſe.

Boni enim principis ĩtereſt, quãlocupletiſſ. habere ſubditos.

A cõtrario.

Vt arbores frugiferæ, quarum radices euulſerunt agricolę, nullos poterũt amplius producere fructus, ſic creſcere nõ poſsũt populi, q diuitũ paſcua vocãtur quorũ oppreſſorum facultates Tyranni funditus exhauſerunt, atq; abſtulerunt.

A Simili.

Exẽplo ſint miſerabiles Chriſtianorũ populi, quos in ſuã poteſtatem redegit Turca, quos expilat, & fineſtat ita, vt oĩs recuperandarũ viriũ ſpes ſit ablata. Et Locrenſium opes ſic attriuerat olim Q. Plẽminius, vt de oĩbus eorum facultatibus penè actũ fuiſſet, niſi inhumaniter adflictis Romana ſuccurriſſet iuſtitia.

Ab exẽplo.

Eãdem Tyberij ſentētiam alij; verbis Alexander ille Macedonũ Rex, cognomento Magnus proferens, inquit *κηπωρὸν μισῶ τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα.*

A teſtimonio. Hoc eſt, Oſitorē odi, qui radicitus excidit herbas, hac arbores ab ima ſtirpe reuellit. Qua tyrannides arguit eos, qui lōgè plus vectigaliũ, quàm ſubditorum fortunæ queant ferre, ſolent a ciuitatib. inclementer extorquere, quam impiam rapiendi cupiditatē Diogenes appellat omnium malorum arcem, *μητρόπολιν.*

Epilogus. Meritis igitur laudib. dignam principe Tyberij ſoīam celebrandã eſſe cōfirmabunt, qui perpenderint, iniquiſſimas exactiones eſſe, quib. ita plebis vires exhauriunt, vt ad ſe redire non poſſint.

ALIVD SENTENTIAE TRACTATAE.

Argumentum exemplum.

Ab autoris laude Eſquilla nõ naſcit̃ roſa, nec hyacinthus.

Tanta ſemper fuit Theognidis, & doctrina, & authoritas, vt eius ſcripta velut oraculi vicem obtinuerint apud omnes, cum nihil protulerit, niſi quod ſplēdidiſſimum ac veriſſimum eſſet.

Ab explicatione. Eius imprimis ſententia præclara circumfertur, qua prudenter edocuit, é ſquilla roſam non enaſci, è tribulis ficũ, é ſentibus vuam ab ancillis filios liberos, ex improbis parentibus probos filios, è præceptoribus indoctis eruditos diſcipulos non productum iri.

A cã. Etenim, quod ĩ ſe nihil prorſum habet,

niſi

niſi ſordidū ac igni miniosum, nihil dignitatis, vel honeſtatis proferre poteſt. Quippe κακοῦ κόρακος, κακὸν κονν. Mali corui malum ouum.

Cōſtat ab herbis ſalubrib. ſalubria germina, ab arborib. bonis bonos fruct[9] expectari. Itē a virtute pditis maiorib. honeſtā ſobolē, at nunquā ex arborib. malis bonos fructus, & raró ex malo patre (iuxta prouerbiū) bonū filiū procreari. *A contrario.*

Vt aliquā ex punice fruſtra poſtulaueris, & ficus é zizanijs, ita probos a vitioſis parentibus liberos incaſſum expectaueris, quippe vt nihil aridius punice, nihilque ad fructus meliores producēdos ineptius zizanijs, ita malitioſi parentes minus idonei ſunt ad cōferendam liberis virtutem, qua carent ipſi.

Serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem ſumptis quærunt alimenia pennis.

Vt ait Iuuena.

Reſpice Luciū Tarquiniū Lucumonē, qui vrbe Tarquinijs profugus, Romā petijt, vbi pecunijs dignitatē, et īduſtria ſcelerata Regis Anci familiaritatē conſecutus erat, a quo tutor liberis relictus, regnū iniquis rōnibus intercepit, omnes finitimos miſeris modis afflixit, & potētes, 12. Tuſciæ populos innumeris cladibus attriuit. Cuius peſſimi Regis peſſimus fili[9] erat, vt morib. Superbi cognomē meruerit, qui Seruiū Tulliū ſocerum ſuum in Curiā properātem, gradib. de- *Ab exēplo. Tarquinij Liuius de c. 1. li. 1.*

iecit, ac demum refugientem, interfecit, mox regnum, patris exemplum imitatus, ſceleſte occupauit. Huius item filius, Sextus Tarquinius, vt corpore patrem iniquum, ita pectore vitijs omnibus corruptiſſimo, retulit, qui Gabios prodidit, et iure propinquitatis in collatiui domum receptus, in cubiculũ Lucretiæ irrupit, ac pudicitiã expugnauit. Breuiter Tarquiniorum progenies per malitiam a maioribus velut per manus traditam, eò proceſſit, vt profligata fuerit, & velut aurum, (quod aiunt,) Toloſanum funditus interierit. De qua re vide Aug. lib. 3. de Ciuit. cap. 10.

A testimonio. Quibus rationibus commotus Euripides, ait:

φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει,
οὐκ ἄν γένοιτο χρισὸς ἐκ κακοῦ πατρός, id eſt

Heus heus, vt illud iactant recte, probum
Patre ab improbo non poſſe naſci filium.

Et Horatius quarto Odarum quarta;

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Epilogus. Bono igitur iure laudandus eſt Theognis, qui protulit eam ſententiam, qua vt nihil elegantius, ita nihil verius queat inueniri.

Digitized by Google

CAP. 5. DE DESTRVCTIONE
Siue ſubuerſione, gracè ἀνασκευή.

DEſtructio, vel Subuerſio, eſt propoſitæ alicuius rei reprehenſio. Subuertēda verò, neque manifeſta valde, neque prorſus incredibilia, ſed ea, quæ velut mediæ ſunt conditionis.

Deſtructio. Subuerſio enī non tātum in fabuloſis, & carmine traditis fieri poteſt, verum etiā in ipſis annalium monumētis. Quint. l. 2. c 4

Oportet autē, cum ſubuertere aliquid voles primū eos reprehendere, qui dixerūt, deinde ſubijcere rei expoſitionē: poſtea ipſam ſubuertere capitibus hiſce.

Obſcuro
Incredibili
Impoſſibili
Inconſequenti
Indecoro
Inutili.

Hoc autem præexercitamentum omnem propemodum artis vim in ſe complectitur: Exempli argumentum erit, non eſſe veriſimilia, quæ de Daphne dicuntur a poetis.

Exordium a reprehenſione.

Poetarū coarguere ineptiā, abſurdum mihi vr̄, cum vel ipſi fidē ſibi detrahāt, his maximè p̄ter alia, q̄ de Dijs imprudenter fabulantur. Prorſus. n. ſuperuacuum vr̄, poetarum vllam nos habere rationem, qui Deorū, quorum cura oīa gubernantur, nullam ipſi habeant curā. Et graue quidē videretur, quiſquis ab ipſis Deorum in fabulam miſſus eſſet: Apollinē verò, quē artis ſuæ ducem vi-

deri

deri volunt, impudentiæ materiam eſſe. quis erit, qui ęquo animo perpeti poſſit? Libet ergo audire, qualia de Apolline, & Daphne confingant.

Ab expoſitione. Daphne, inquiũt, ex Terra Ladoneq; fluuio ꝓcreata eſt. Hãc ob egregiã ſpeciem, eximiumq; oris decorem, Phębus adamauit, cupiẽſq; Deus reſtringere deſideriũ ſuũ, aſpernantẽ fugientemq; ſecutus eſt, ſed cõprehendere nequit. Verũ terra mater, aſſumpta filia florem, eo quo puella nõie, pro ipſa exhibuit, ipſã verò in arbuſtũ vertit, cuius rami propter deſideriũ puellæ in coronã Pythio tripodi dicati ſunt; dos verò in mercedẽ ceſſit diuinationis. Huiuſmodi quidem ſunt, quæ illi fabulantur, quæ quã ſit in promptu cõfurare, hinc facile liquebit.

Ab obſcuro nõ probabili. Daphne, & Ladone, et terra procreata eſt. Quis oro, tã demẽs, vt ex his quẽquã naſci poſſe credat? Ipſa hõ fuit, illi autẽ diuerſã, & ſuã vterq; habebant naturã. Qũo verò Ladone terræ cõiunctus eſt? an qđ aquis ipſam inundat. Quin ōẽs ergo fluuij terræ mariti dicantur, cũ nullus ipſam nõ aquis ſuis irriget? Qđ ſi ex fluuio homo nata eſt, ꝙ ni ex hoĩe fluuiũ quoq; naſci poſſe credimus, qui minus ſi tales ex filijs poterunt gigni, q̃ ex qualibus ipſi prodierũt? Iam quo pacto nuptias fluuij terræq; nominãt. Sẽtientiũ.n.coniugiũ eſt. Terra aũt, fluuiuſq; ſenſus ſunt prorſus expertes. Ipſa verò Daphne virũ paternũ ſequuta gen^a, inter

ter fluuios numeranda eſt, an pater filiæ homo putandus.

Verũ eſto, concedat̃ poetis natã Daphnẽ ex terra, et Ladone. Nata ergo puella apud vnũ educata eſt. Vt dem⁹.n. naſci, ita potuiſſe, vt educaret̃, fieri tñ nõ potuit. Vbi .n. verſata eſt puella: Hercule apud eũ q̃ genuit, equis ergo hoĩum vitã in fluuio ducit? Obliuiſcetur.n.naturæ ſuæ pr̃, citiuſq. ſubmerget fluctib⁹, q̃ alet. Verũ ſub terra apud matrẽ habitauit. Latebat ergo, nulli uſq; aſpectui ĩ occulto poſito patebat, cui⁹ ãt latebat decor, nulli⁹ aĩum mouere deſid. potuit. *A difficili.*

Vis & hoc aſſentiamur poetis? Qũo tandẽ amauit Deus, et impotẽti adfectu a natura ſua degenerauit? Amor malus oĩum rerũ, q̃ humanas ſolicitant mẽtes, eſt peſſima. Impiũ aũt videtur, grauiſſima naturæ noſtræ Deo quoq; attribuere. Nã ſi omni ex parte nr̃is teneatur incõmodis, qua in re mortalib. præſtant? Nihil aũt malorum eſſe, quod nõ experiatur, certũ erit, ſi amore malo, q̃ oĩum peſſimũ eſt, torqueatur. Sed neq; diuina natura hanc ægritudinem capit, neque credibile eſt. Phæbum adamaſſe. *Ab indecoro.* *Amor res peſſima.*

Inſequens verò, puellam Phæbus qũo ab ea victus eſt curſu? De⁹ ab homine? Viri.n. mulieribus præſtant, & Deũ fæmina ſuperauit? Et, quæ reliquis hominibus par eſſe nõ poteſt ei Deus ceſſiſſe creditur. Quãobrem aũt fugientẽ puellã mater excipit? An quia malas nuptias *Ab inconſequẽti.*

pu-

putauit? Quō ergo ipſa facta eſt mater? An verò bonas credidit? Cur ergo id bonū filiæ inuidit? Aut ergo mater non fuit, aut malum fuiſſe matrem cōſtabit.

Ab inutili. Quid ita veró terra ſecū ſuis ipſa operibus diſſenſit, offenditq; Phæbum filiā auferens, rurſumq; reddita, eiuſdē noīs arbore ipſum oblectans. Non debebat gratificari illi, ſi offendere ipsū volebat. Quare domū arbore illa tripodas coronauit? Arbor enim voluptatis fuit merces, diuinatio vero virtutis eſt indiciū. Quomodo ergo Deus coniunxit ea, quę natura repugnant? Cur mortalis quidem amica, immortalis vero amatór.

Sed finis ſit, neque.n. plura de poetis dicam, nè ipſorum ineptiam longius inſectando, in eandem, quam in illis reprehendo, vanitatem videar incidiſſe.

Scholia.

Deſtructio, &c. Quā alij nuncupant improbationē alij, confutationē. Quintilianus lib. 2. c 4. vocat opus deſtruēdi. Idem lib. 5. cap. 13. refutationem, Græci *ἀνασκευὴν*. Quibus *ασκευάζειν*, eſt cōdere, componere, ſtruere, *ἀνασκευάζειν*, deſtruere labefactare.

Peruerſio. Subuertēda verò, etc. Hoc eſt, oportet refutationes de illis rebus fieri, q̄ ancipitē adhibent opinionē, vt ait Priſcianus. Nō enim, quæ planiſſimè falſa ſunt, vel vera, refutāda ſunt. Quales ſunt Aeſopicę fabulę, vel hiſtorię īdubitabiles. Vt ſi

vo-

volueris refutare bruta animalia atque beſtias more hominum aliquando fuiſſe locutas. Vel anno præterito flammis abſr nptam Hadamari? m.

Mediæ cōditionis,&c. Hoc eſt, q̄ mediū ſeruat ordinē, de quibus in vtramq; partē orō poterit inſtitui. Vt ſi confutes Antipodas eſſe. Arion ē delphino vectū. Anibalis exercitū humanas carnes ediſſe.

Obſcuro,&c. Ab incerto Priſcian⁹ ait: Vt, incertum eſt tēpus, quo vixerit Narciſſus. Non manifeſtum eſt, quot annullos poſt cladem Cannenſem Annibal Carthaginem miſerit. Non conſtat vbi cerui abijciant cornua.

Incredibili,&c. Vt incredibile eſt Arionem malis adfectū voluiſſe canere. Supra fidē eſt, Daphnen a flumine Ladone procreatā, aut Noblē in ſaxa cōuerſam.

Impoſſibili,&c. Vti impoſſibile erat Arionē a Delphino ſeruari. Impoſſibile erat Stentora quinquaginta alios ſermone æquaſſe ſonuque.

Non cohærēte,&c. Ab inconſequēte ſm̄ Priſcianum. Quod & contrarium appellat. Vt contrariū erat noluiſſe perdere libertatem eum, qui eam ſeruaſſet.

Indecoro,&c. Hoc eſt, ab indecēte, Vt Indecens erat Apollinem, cum ſit Deus, libidinoſū voluiſſe virgini vim inferre. Non decuiſſe imperatoriā Scipionis dignitatem pulchertimis (quas expugnata noua Carthagine cœpit) virginibus ſtuprum inferre: honeſtius erat iniuriæ mulie-

mulìebri obnoxias intactas cuſtodire.

Inutili, &c. Hunc locū Priſcianus ab incommodo vocat, cum dicimus; rem ineptiſſimam eſſe, quæ nulli vel vſui, vel honori futura ſit: vt, Otia ſunt abrogan da, vnde nulla commoditas, vel laus vero promanat.

Artis vim, &c. Etenim inſtrumētis oībꝰ Rhetoricis opus hēt, cū tota ſpes vincendi, ratioq; perſuadēdi poſita ſit in cōfirmatione atq; cōfutatione. Nā ſi adiūmēta noſtra expoſuerimus, cōtraria aūt diſſoluerimus, abſolutè nimirū munus oratorium confecerimus, vt ait Cicero.

Coarguere ineptiā, &c. Duplicē huius declamationis formulā nobis proponit. Prioris eſt ſnīa, Abſurdum eſſe ineptias poetarū reprehendere, aut vatibus contradicere, niſi ipſi in cauſa eſſēt, falſaq; cōfingendo nos aduerſum ſe cōcitarēt. Alterius; ſtultum eſſe poetis parcere, cū niſi Deo immortali non parcant, ſed in Deos oēs ſuos, maximeq; artis ſuę poeticæ præſidem Apollinem debacchētur.

Apollinē, &c. Hic muſarū princeps, & dux eſt. Vnde μυσήγετον appellāt, autore Macrobio lib. 1. de Somno Sci. c. 3. Idem primo Satur. c. 17. vocatū ait, ἀπὸ τῦ πάλλειν τὰς ακτίνας, ideſt, a iactu radiorum. Eūdem Phœbū ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ, quod vi feratur, Torrellius ſed malè, a lumine vel nitore, ἀπὸ τῦ φωτός

Daphne, &c Hāc Aphthoniꝰ ait filiā eſſe Ladonis, qui fluuius lauris circūſeptus

ptius eſt in Arcadia. Ouidius aũt 1. Metamor. tradit filiũ Penei. Vnde Peneiã, ac Peneida vocat: eſt aũt Peneus Theſſalię fluuius, inter Oſſã & Olympũ decurrẽs apud quẽ eſt locus ameniſſim⁹, q Tempe dicitur. Vnde Virg. ait 4. Georgicor. Fugiẽs Peneia Tempe. Ouid. 1. Metam. Eſt nemus Æmoniæ, ꝑrupta qđ vndiq; claudit Sylua vocant Tẽpe, per quę Peneius, &c. Ferũt aũt duas habuiſſe filias. Cyrenẽ, & Daphnẽ. Vide Bocatiũ lib. 7. c.p. 29 Porrò poetæ finxerũt, Daphnẽ è Ladone ꝓcreatã, ꝙ lauri, & arbores ꝓueniãt, naſcãturq; de fluuialib⁹ vndis.

Pythio, &c. Pythõ, vel Phytõ horrendæ magnitudinis eſt terra caleſcẽte poſt Deucalionis diluuiũ procreatus ſerpens. quem Phœbus interemit, vnde Pythius eſt appellatus. Et in honorẽ eius ludi inſtituit, Pythia dicti. Ouid. 1. Metamor.

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos.
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.

Sũt qui ſic dictũ aſſerant ἀπὸ τῦ πυνθάνεσθαι. At Macro. 1. Satur. c. 17. πύθω, hoc eſt, σήπω trahit, quod nunquam ſine vi aliqua caloris efficitur putredo.

Tripodi, &c. Tripodes, a trib⁹ pedib⁹ dicti fuerũt autore Seruio ſup 4. Aenei. menſæ in Apollinis Delphici tẽplo, quibus ſuppoſitę Phębades vaticinabãtur, vel ex quib⁹ reſponſa dabãtur. Dicebatur etiã Cortina. Virg. in 6. Neq; te Phœbi Cortina fefell t. Fuerũt autẽ duo ſummæ fidei oracula Delphica & Pythia.

Vide

Vide Manut. in prouerbio. Ex tripode.

Iam quo pacto, &c. Nõ probabile eſt, inquit, nuptias factas eſſe inter res inanimatas, cùm Hymenæus eorũ ſit qui ſenſus habeant. Præterea cũ in dubio ſit an inter fluuios filia Daphne, an Ladon pater inter homines recenſendus.

Amor malꝰ res peſſima, &c. Vñ Euripides βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα Mortalibus amores quã magnum malũ. Qui bonis hoĩbus nõ conueniũt, nedũ Apollini Deo. Rectè apud Diogenẽ Laertiũ Zeno. Amor eſt, inq̃t, cõcupiſcẽtia quædã, in præſtãti ingenio viros nõ cadens.

Viri mulieribus pſtant, &c. ὑπερέχουσιν. viri ſuperãt, vincũt fœminas. Etenim fœminæ debiliores ſunt maribus, quia frigidioris naturæ, vt de animalibus ait Ariſtoteles.

REFVTATIONIS EXEMPLVM.

Arion vectus a Delphino

Falſum eſſe, qđ Herodotus lib. 1. ſcripſit ſuper Arione fidicine. De quo vide Gellium lib. 16. cap. 19. Ouid. 2. Faſt.

Exordiũ a reprehenſione.

Primã hiſtoriæ legem Cicero tradit eſſe, vt vera ſit, nec admiſceat aliquid falſi, quã Græci non ſeruando, ſed creditu indigna turpiter configẽdo fecerunt, vt fidẽ amiſerint, & Græcia mẽdax credatur, & Herodoti ſcripta vana, atq; mendacijs conſuta, maximè ea, quæ ſuper Arione prodita circumferuntur.

Ariõ, inquit, Citharædus grãdi pecunia,

nia, & re bona multa copioſius, Co īthū & Sicilia, & Italia cōſtituit redire. Nautas igitur Cōrinthios delegit, qui prędę pecunięq; cupidi cęperūt conſiliū de necando Arione. Hinc pernicie intellecta, pecuniā inſidiatores haberēt, vitam darent, orauit. Atqui nautæ imperarunt, vt iam ſtatim corā deſiliret præceps in mare. Homo ibi territus, ſpe oī vitę perdita, id vnum rogauit, vt priuſquam mortem oppeteret, induere pmitteret ſua ſibi veſtimēta, & fides capere, & canere carmē caſus illius ſibi conſolabile. Quod orauerat, impetrat, atque ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, ſtanſq; in ſummæ puppis foro, carmen, qđ ὄρθιον dicūt voce ſublatiſſima cātauit. Ad quod delphinum inter vndas adnauiſſe, & deorſo ſup fluctus edito Arionē vectauiſſe, incolumiq. cum corpore cum cithara atq; veſtimentis illæſis, Tænarum in terrā Laconicam deuexiſſe confirmat Herodotus. *Eſt.n. lumen veritatis hiſtoria.* *Ab expoſitione.*

Ecquis aſſerat conſpicuum atque planum eſſe Arionem in mare pręcipitatum fidibus cecinſſe, ipſum fluctibus nō obrutum, nec citharam humoris impatientem aſpergine marina corruptam, neque veſtes à procellis abſorptas, ſed omnia integra ipſumq. citharœdum ſaluum euaſiſſe beneficio marinæ belluæ.

Ab Arione fidicine magnā pecunię vim collectā admitto, licèt idipsū multis diffic illimū creditu, cum iuxta prouerbiū, bonus cantor, bonus quādoque cupedia- *Ab incredibili.*

rius, promuſque magis quam condus. At quis oro, tā demēs, vt perſuaſum habeat fidicinem in tanta calamitate, & in tātis vitæ periculis conſtitutum ſeornare, & canere potuiſſe? Porró quemadmodum nemini fidem feceris, Priamū in filiorū funeribus plauſiſſe, & Nioben in tanto natorū luctu ſaltauiſſe: Sic, nemo crediderit, hominem in extrema neceſſitate, capitiſque periculo fidibus delectatū cecinisse carmen nō vulgare, rebus ſcilicet requirentibus habitum potius lugubrē, aut Muſam, quam vocant Caricam.

Ab impoſsibili. Verùm eſto, cōcedatur illum potuiſſe canere, & Delphinū muſica demulſum ſed cum ſit omnium non ſolum marinorum animaliū velociſſimus Delphinus, ocyor volucre, & telo acrior, iuxta Plinij ſententia, qūo eiuſdē dorſo, potuit Ariō pendere, vt ſi cōmoda ēt fuiſſent retinacula, ijs tamē fidibus intentæ manus vti potuiſsēt. Sed eſto, nō ſit excuſs⁹? at qūo vortices perferre potuit, & ſemper æſtuātis, furentiſq. maris impetus, æquoreoſque turbines atq; procellas, quæ remos frāgere, proras auertere, & maximas naues deuorare ſolent, atque ſubmergere.

Ab indecoro. Quid ab hiſtorico magis alienū, ꝙ iſta mendacia cōfingere? Quid minus cōuenerit humanæ naturæ, ꝙ in ſommo rerū aſperrimarū periculo canere? Quid ī truculentarū belluarum ad feritatē natarū, naturā minus quadrauerit, quā eas, natiua rabie depoſita manuſueſcere, placidorumq.

dorumq. æquorũ officijs fungi, mariaq. ſuperequitãtem hominũ dorſo portare.

Calamitatis dolor eſt comes, atque luctus, proſperioris fortunæ cantus, & lętitia, ſed quomodo in ſummũ vitæ diſcrimen adductus Arion, lætitiæ veſtimenta potuit induere, muſiciſq. cãtilenis indulgere? At idem in mare pręcipitatus, quo modo emerſit, quomodo marinis humoribus perfuſus, & horrore perculſus, fides, quas inutiles aqua reddit, tractauit? quomodo ſocietatis humanæ atque rationis expers Delphinis, equum domitũ imitatus, citharœdorum veluti equitem vexit, & monſtrator itineris in portum, quem optauit homo, deduxit? *A contrario.*

Quorſum iſta tam abſurda cõmenta, & inutilia vel auditu, vel relatu figmẽta, vnde nulla morum cultura, nulla irẽ ingeniorum commoditas promanat? *Ab inutili.*

Finem modo faciam, nè in Herodotũ inuectus, calũniari videar, & ꝓlixis verborum ambagibus vſus, moleſtijs afficiã eos, qui credulitatis vitio nõ laborantes, nouerunt mea deliramenta eſſe, quæ de Arionis fabula memoriæ ſunt prodita. *Epilogus.*

ALIVD REFVTATIONIS Exemplum: argumentum.

Vanum eſſe, Elpenora mutatum fuiſſe in porcum.

Vt fabulę poetarũ honeſtæ, delectãdi gratia, vel docẽdi cauſſa cõſcriptæ laudem

Digitized by Google

Circes fabulā explicat apud Xenophō, opinio memo. Socra.

dem merentur: ſic abſurda, quorū nullus eſt vſus, mēdacia, carbone notanda, minimeq; ſunt ferēda, cuius farinæ ſunt ea, quæ finxerunt de Elpenore.

Ab expoſitione.

Quē ſociorū Vlyſsis vnum fuiſſe perhibēt, & a venefica Circe, Solis ac Perſæ filia mutatum in porcum, atque ex homine per pocula beſtiam quadrupedem factum: iuxta illud Iuuenalis Sat. 14, Cū remigibus grunniſſe Elpenora porcis. Circes inquit Horatius, pocula noſti.

Quæ ſi (Vlyſſes) cum ſocijs ſtultus, cupiduſque bibiſſet.

Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors.

Vixiſſet canis immundus, vel amica lutoſus.

Ab obſcuro

Quod figmentum nemo, præditus etiā Attica Eloquentia, perſpicuum, aut planum fecerit homini rationis cōpoti. Obſcurior enim res eſt, quàm vt vlla dicēdi facultate queat illuſtrari, & intellectu tam difficilis, vt né Apollo quidem (vt prouerbio dicunt) intelligat.

Ab incredibili.

Quis tāto credulitatis vitio laborauerit, cui verum eſſe videatur, hominē in porcū trāsformari potuiſſe, idq; per fœminam, quæ vt viris infirmior eſt, ac ineptior: ita minus idonea ad capeſsēdas atque ſibi vēdicādas diuinę virtutis artes.

Ab impoſsibili,

Ecqua rōne vel efficacia fieri potuit, vt humana facies in ſeroſum porci caput transformaretur, manus cū digitis in pedes biſculos trāſirent, & breuiter in animal

mal

Digitized by Google

mal deforme, terram ſemper ſpectans, ac fodiens, conuerteretur homo?

Cui Deus os ſublime dedit, cœlumque videre.
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vult[9].

Non decreuiſſet Circen id attentare, vel ſibi potẽter arrogare, quod ſolius diuinæ virtutis eſt opificium. Ad hæc indecens ad modum fuiſſet, humani corporis figuram, Dei ſimilitudinem factã in porcina membra conuertere, naturãque ratione diuina præditam, ſordidiſſima pecoris carne dehoneſtare. *Ab Indecẽti.*

Veneficijs potẽs Circe fuerit eſto. Sed quomodo à triuenefica porrectũ, quod hauſtum in ſtomachum traijci, deinde in viſceribus abſumi, atque confici ſolet poculum, potuit totũ Elpenoris corpus immutare? Quis vnquam audiuit, ſumpta pocula ſecutas fuiſſe corporum tranſeuntium in alia transformationes, & nõ potius priſtina membrorum figura permanente, ſanitatem, vel aduerſam valetudinem concomitatam. *Ab incohærẽti.*

Quæ malè feriatorum hominũ deliramenta, cùm nihil bonę frugis adferãt, miror, quid Herodotum iuuerit iſta cõfingere. Quid item vates impulerit ſcriptis ſuis rata facere, atque committere, vt verum perduret prouerbium: μολλὰ ψεύδονται ἀοιδοὶ Multa mentiuntur poetæ. Quibus quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, vt Horat. ait: *Ab inutili.*

Deſinã plura de rebus vaniſſimis verba *Concluſio.*

 facere

facere, nè diutius in ijs immorati, mihi aliqua vaniloquentiæ nota poſſit inuri.

ELEGANTISSIMA M. PORTII Catonis Conſulis ad populum oratio, qua fœdum Bacchanalium ritum reprehendit, ex T. Liuio.

Bacchanalia hac Sp. Poſthumio Albino & Q. Martio Philippo Coſs. viguerũt.

NVlli vnquam cócioni, Quirites, tã non ſolum apta, ſed etiã neceſſaria hæc ſolennis comparatio Dei fuit, q̃ vos admoneret, hunc eſſe Deo, quem colere, venerari, precariq. maiores veſtri inſtituiſſent, nõ illos, q̃ prauis & externis religionibus captas mẽtes, velut furialibus ſtimulis ad omne ſcelus, & ad omnẽ libidinem agerẽt. Equidem nec quid taceã, nec quatenus ꝓloquar, inuenio: ſi aliq̃d ignorabitis, ne locũ negligẽtiæ idem, ſi omnia nudauero, ne nimium terroris offundã vobis, vereor. Quicquid dixero, minus, q̃ pro atrocitate, & magnitudine rei dictum ſcitote eſſe. Vt ad cauendũ ſatis ſit, dabit᷑ opera à nobis. Bacchanalia tota iam pridem Italia, & nũc per Vrbẽ etiã multis locis eſſe, nõ fama modó accepiſſe vos, ſed crepitibus etiam, vlulatibuſq. nocturnis, qui perſonãt tota Vrbe, certũ habeo: Cęterũ, quę ea res ſit, ignorare, alios Dei aliquẽ cultum, alios conceſſum ludũ, & laſciuiã credere eſſe, & qualecunq; ſit, ad paucos pertinere. Qđ ad multitudinem eorũ attinet, ſi dixero multa millia hoĩum eſſe, ilicò neceſſe eſt

ex-

exterreamini, niſi adiunxero, q̃, qualeſq. ſint. Primũ igitur mulierũ magna pars eſt, & is fons mali huiuſce fuit, deĩde ſimillimi fęminis mares ſtuprati, & cõſtupratores, fanatici vigiles, vino ſtrepitibꝰ, clamoribuſq. nocturnis attoniti. Nullas adhuc vires coniuratio, cęterũ incremẽtum ingens viriũ habet, ꝗ in dies plures ſunt. Maiores veſtri ne vos quidẽ, niſi cũ aut vexillo in arce poſito comitiorũ cauſſa exercitus edictꝰ eſſet; aut pleni cõſiliũ Tribuni edixiſsẽt, aut aliq̃s ex magiſtratibus ad cõcionẽ vocaſſet, fortè, temerè coire voluerunt, & vbicunq. multitudo eſſet, & ibi & legitimũ rectorũ multitudinis cẽſebãt debere eſſe. Quales primũ nocturnos cętus deinde promiſcuos mulierum, ac virorũ eſſe creditis? Si quibus ætatibus initientur mares, ſciatis, nõ miſereat vos eorum ſolũ, ſed etiam pudeat. Hoc ſacramẽto initiatos iuuenes, milites faciendos cenſetis, Quirites? ijs ex obſcęno ſacrario eductis arma cõmittenda? hi cooperti ſtupris ſuis, alieniſq. pro pudicitia coniugũ ac liberorũ veſtrorũ ferro decernerent? Minus tñ eſſet, ſi flagitijs tm̃ effęminati forẽt (ipſorũ id magna ex parte dedecus erat) à facinoribus manꝰ, mentẽ a fraudibus abſtinuiſsẽt. Nũquã tantum malũ in Rep. fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. Quicquid his annis libidine, quicquid fraude, quicquid ſcelere peccatum eſt, ex vno illo ſacrario ſcitote ortum eſſe. Nec oĩa in quæ cõiu-

Digitized by Google

rauerunt edita facinora habēt, adhuc priuatis noxijs, quia nondū ad Rēp opprimendā ſatis vitiū eſt, coniuratio ſe ſe impia tenet. Creſcit & ſerpit quotidie malū, iam maius eſt, quā capere id priuata fortuna poſſit, ad ſummā Reip. ſpectat, niſi præcaueritis, Quirites. Iā huic diurnę legitimę ab Cōſule vocatę par nocturna cōcio eſſe poterit. Nūc illi vos ſinguli vniuerſos concionantes timēt, iā vbi vos dilapſi domos, & ī rura veſtra eritis, illi coierint, cōſultabunt de ſua ſalute, ſimul ac veſtra pnicie, tū ſingulis vobis vniuerſi timendi erūt. Optate igitur vnuſquiſq. veſtrū dēt, vt bona mens ſuis oīb. fuerit, ſi quē libido, ſi furor in illum gurgitem abripuit illorum cū quibus in omne flagitium, & facinus cōiurauit, nō ſuū indicet eſſe. Ne quis ēt errore labatur veſtrū quidē, nō ſum ſecurus, Nihil. n. in ſpeciē fallacius eſt, quā praua religio. Vbi Deorū numen prætēditur, celerius ſubit animū timor, nè fraudibus humanis vindicandis diuini iuris aliqd mixtū violem⁹. Hac vos religione īnumerabilia decreta Pō ificū, Senatuſcōſulta, aruſpiſcū deniq. reſpōſa liberāt. Quoties hoc patrū, auorumq. ætate negotiū eſt magiſtratibus datū, vt ſacra externa fieri vetarēt? ſacrificulos, vateſq. foro, circo, Vrbe prohiberent? vaticinios libros cōqrerēt, cōburerentq; omnē diſciplinā ſacrificādi, ꝑter quā more Romano, abolerēt? Iudicabāt .n. prudētiſſimi viri, omnis diuini huma-

niquc

niq; iuris, nihil ęquè diſſoluēdę religionis eſſe q̃ vbi nō patrio, ſed externo ritu & falſo ſacrificaretur. Hæc vobis p̄dicēda ratus ſū, né qua ſuperſtitio agitaret animos veſtros, quū demoliētes nos Bacchanalia, diſcutiētesq. nefarios cętus cerneretis. Omnia Dijs propitijs volētibusque ea faciemus, qui quia ſuū numē ſcelerib. libidinibuſq. cōtaminare indignè ferebāt, ex occultis ea tenebris in lucē extraxerūt, nec patefieri vt impunita eſſēt, ſed vt indicarētur, & opprimerētur, voluerunt. Senatus quæſtionē extra ordinem de re mihi collegæq; meo mandauit: nos ipſi, quæ nobis agenda ſūt, impigrè exequeremur, vigiliarū noctornarū curam per vrbem minorib. magiſtratib. mādauimus. Vos quoq; æſtuū eſt, quæ veſtra munia ſunt, quo quis loco poſitus erit, quod imperabitur, impigrè p̄ſtare, & date operam, nè quid fraude noxiorum periculi; aut tumultus oriatur.

CAP. 6. DE CONFIRMATIONE, ſiue Adſeueratione, quæ Græcis κατασκευὴ dicitur.

CONfirmatio, vel Aſſeueratio, eſt propoſitæ rei cōparatio. Confirmanda verò ſunt, quæ neque prorſus manifeſta ſunt, neque omnino fidem, ſi fieri poſſint, habent, ſed quæ medium ordinem ſeruant. Qui autem confirmare intendunt, omnib. capitibus confutationi

contrarijs vtentur. Primũ enim laudent eum, qui dixit, ꝙ confirmandũ eſt; Deinde rem exponant. Poſtea cõtrarijs eorũ, quæ diximus, comprobent ipſum.

	Obſcuro		Manifeſto	
Pro	Incredibili	Quidẽ	Probabili	
	Impoſſibili		Poſſibili.	
	Repugnãte		Coherẽte	
	Indecoro		Decente	
	Inutili		Cõferẽte	

Sanè hæc quoq; cõfirmationis exercitatio omnẽ vim artis intra ſe complexa eſt, cuius exemplũ, Veriſimilia eſſe quæ de Daphne referũtur cõtinens, tale erit.

Exordiũ à laude dicentium. Poetas quiſquis vituperat, ipſa mihi vituperare Muſas videtur. Si .n. quæcũq. canunt Poetę, Muſis inſtincti ꝓfundũt, qd ni planè Muſis bellũ inducit, q poetarũ reprehẽdere conatur inuenta? Ego quidem omniũ poetarũ ſñiam comprobo, illius aũt maximè qui Daphnem ab Apolline eſſe amatã, ſapiẽter ꝓtulit. Sed q̃nam sũt, quib. fidẽ nõ adhibẽt? Daphne, inquiũt è Terra nata eſt, & Ladone.

Expoſitio rei a Manifeſto. Cur hoc apud Deos increbile? Nonne reb. omnibus aqua, & terra sũt origo? Nõne ſemina rerũ oĩum elementa præbẽt? Si vero quicquid gignitur, ꝓcedit ex terra & aqua, nimirũ Daphne eiſdẽ orta eſt. quib. oĩa, principijs, Ladone, & Terra genita .ſ. inde, vnde cuncta procrean-

Digitized by Google

creātur. Superabat autem Daphne facie reliqua omnes, rectè quidē. Quæcūque n. primo è Terra emittūtur, cum naturę pulchritudine producūtur, & primo velut natiuo, proprioq; conſpicua decore pulcherrima videntur. Multæ autem mutationes corporib. ſpecioſiſſimis tempore accidunt, quæ vero recens nata primum apparuerūt, ea formoſiſſima, veluti quæ nullum adhuc decoris ſui damnū paſſa ſunt blandiſſimé oculos noſtros morantur. Recté igitur Daphne forma præſtabat primū ex Terra procreata.

Ob cuius admirandā pulchritudinem Pythius amore captꝰ ē, nō iniuria. Quicquid. n. in terris eſt, quo res vllæ sūt conſpicuæ, atque admirandæ, id oē à Dijs ipſis tributū eſt. Si vero bonorū, omniū amabilis in primis eſt pulchritudo, quid mirū ſi iucūdiſſimū Deorū munus, Deū quoque habuit amatorem? Quę. n. Dij donant, ea omnes amore proſequuntur. *A probabili.*

Conabatur aūt amās ille ſuo deſiderio mederi. ſic. n. res habet: Virtutes nō ſine labore cōparātur, & opus eſt ſudore, qſquis eas aſſequi velint. Hinc ergo laborabat amator, nec tñ deſiderās amicā cōprehendit. Ingēs enim eſt virtus, nec ad extremam ipſius metam quiſquam pōt peruenire. Aiūt igitur amare Phębū, nō Terram. ſ. nec Deorum maieſtatem vanis cōmentis dehoneſtantes, ſed virtutis oſtendētes, naturā, vt Apollo ſit qui virtutem quærit, ipſa vero virtus, Daphne. *A poſsibili.*

A cohærenti. Fugientem puellam mater excepit. Cuncta enim quæcunque ſunt, mortalē ſortita naturam, ad ea, vnde orta ſunt, feſtinant reuerti. Idcirco in terram cecidit Daphne, ex terra prognata.

A decenti. Accipiens autē puellam mater, ꝓ ipſa reddidit arbuſtum. Vtrumq; opus terrę proprium, vt in hunc homines cadant, & arbores ab ea naſcantur.

A conferenti. Procreatum autem arbuſtū Apollinis honori dicatum eſt: Deus .n. extra prouidentiæ ſuæ cōplexū ne arbuſta quidē reliquit. Sed coronātur è natis, & primitiæ prodeuntium è terris ipſi ſacrantur. Sed & arbor diuinationis facta eſt merces, atq; ſymbolum. Hoc aūt cōueniens puto. Daphnem enim poetarum multi *σωφρόνην* id eſt, temperatam appellant, & oracula dare, à tēperantia prouenit.

Cōcluſio. Itaque quoniam puella voluptatū expers fuit, virtutib. cōſecratur. Neq; .n. poſſet futurorū eſſe capax, qui laborat intemperantia, cōtaminatū habens fęda libidine pectus, quas ob res poetas admiror, & laudo, ipſum veneror carmen.

Scholia.

CONfirmationē Gręci vocāt *κατασκεύην*. qđ eſt parare, fabricari, quo vtitur Apoſto'. ad Heb. 9. *Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη ἐν ᾗ ἡ λυχνία*, &c. i. tabernaculum factum fuit primū, in quo lucernę. Eſt & ꝓbare, et cōfirmare. Vnde *κατασκευή*, ꝓbatio, aſtructio, demōſtratio,

Digitized by Google

ſtratio, item ſtructura vocatur ab Halicarnaſſæo, hoc eſt opificium Rhetoricum, & artifex compoſitio.

Quiſquis vituperat, &c. In Aphthon. habetur, ποιμταῖς ἀντπεςῶν, ἄυταῖς ἀντεςεῖν δοκεειταὶς μούσαις, vnde locũ hunc ſic alij vertunt: Quiſquis vatibus cõtradicit, ipſis Muſis videtur contradicere.

Muſis inſtincti, &c. Socr. apud Platon. de recta nominũ rõne dicit, Muſarũ, & muſicæ nomen deductũ ἀπὸ τοῦ μῶσθε, id eſt, inquirere, ſi quis enim vult Muſis familiaris eſſe, ei opus eſt indagine, & ſtudio ſapientiæ. Etenim qui ad Muſas aſpirant, opus habent nõ parua inquiſitione, atque labore. Vnde Properr. li. 3.

Non datur ad Muſas currere lata via.

Muſis autem inſtinctos ait, hoc eſt, diuino furore concitatos & impulſos Diuinum enim poetarum genus eſt, atque Dijs agitur, vt ait Plato de Legibus tertio. Idem de furore poetico: Non arte, inquit, ſed diuino afflatu mente capti, omnia pręclara poemata canunt; Quem furorem ἐνθουσιασμῶν appellant, numinis adflationem, quam Budæus de Aſſe primo interpretatur vim dicendi, & ſcribendi diuinitus inferne factam. Hãc libro 1. de Rap. Proſerp. Claudianus intelligens, inquit:

Raptoris thalamos audaci promere cantu
Mens congeſta iubet, greſſus remouete prophani,
Iam tutor humanos noſtro de pectore ſenſus
Expulit, & totum ſpirant præcordia Phœbum.

Huc itẽ Ouid. 6. Faſtorũ reſpiciẽs ait.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.
Impetus hic ſacra ſemina mentis habes.

Idem libro de Arte tertio:

Eſt Deus in nobis. ſunt, & commercia cœli,
Sedibus ætheries ſpiritus ille venit.

Cur hoc apud Deos, &c. Græciſmus eſt, πρός τῶν θεῶν, πρός τοῦ θεοῦ γ διός. Hoc eſt, per deos per Iouem.

Superabat facie, &c. Quoniã Daphne omnium pulcherrima fuit, nõ dubium eſt, quin Apollinem potuerit in amorẽ ſui ſolicitare. Certé pulchritudinẽ Ariſtot. dicebat quauis epiſtola efficaciorẽ ad commendandum. Teophraſtus, ſilẽtem fraudem appellabat: Plato prærogatiuã naturæ, quæ paucis ſoleat comingere. Carneades dicebat, ἀδορυφόρητον βασιλείαν, ideſt regnum abſque ſatellitio. Sunt qui pulchritudinem in tria diſtinguunt, aliam referunt laudabilem eſſe, vt formoſam faciem, aliã vſui deſeruire, vt inſtrumentum, & domum, q̃ præterquam, quòd ſpecioſa ſunt, vſibus noſtris commoda etiam ſunt. Tertiam legibus ſtudijſque conſtare, eamq; humanæ vitæ commodis maximè conſulere. Cuius meminit Diogenes. Laert. l. 3. de Vitis Philoſophorum. Hæc in æternũ perdurans omniũ eſt pretioſiſſima, Vnde Ouid. 3. Triſtium eleganter ait:

Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapitque
Irus, & eſt ſubito, qui modo Cræſus erat.
Singula quid referam? nil non mortale tenemus.
Pectoris exceptis, Ingenijque bonis.

Multæ

Multæ mutationes,&c. Hoc eſt, pulchritudo recens producta peramabilis eſt,temporis autem curſu vitiatur. hinc pulcherrimé Ouidius de arte amandi ſecundo ait:

Forma bonum fragile eſt , quantũque accedit ad annos,
Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo.
Nec ſemper viola,nec ſemper lilia florent,
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam venient cani, formoſe,capilli ,
Iam venient rugæ quæ tibi corpus arent .
Iam molire animum,qui duret, & aſtiue formam ,
Solus ad extremos permanet ille rogos.

Idem tertio triſtium ad filiã Perhillam.

Iſta decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaque in antiqua fronte ſenilis erit.
Inijcietque manus formæ damnoſa ſenectus ,
Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit .

Notabis obiter, Aphthoniũ iuxta ſuas præceptiones,non ea cõfirmare, q̃ oĩno fidem,vt fieri poſſint , non habent . Et Quintil.l.3.cap.6. Illud frequens eſt,inquit , vt ea quibus minus confidimus omittamus. Hinc ſilentio præterit,ac trãſit Daphnẽ in vndis educari, aut in medijs terræ matris viſceribus vitã exigere potuiſſe. Tractari tamen exercitationis gratia poſſunt , cum confirmatio atque refutatio ſint veluti quædam imagines rerum illatarum,quæ in veras,& iuſtas cauſas incidunt,hinc ſeorſum,quaſi per luſum,tractatæ,vt in his iuuentus exercitata poſſit ad veras , ac graues cauſas agendas accommodatior reddi.

Quæ Deus donat, &c. Sic argumẽta ſ. Qui amat pulchritudinẽ , non hominũ,

ſed Dei munus amplectitur.

Pythius amat pulchritudinem:

Ergo non hominum, ſed Dei munus amplectitur.

Virtutes labore cōparantur, etc. Tranſit ad eam fabulæ partem confirmandā, qua poetæ dicunt Daphnen ab inſequēte Phæbo, teneramque puellam a Deo non fuiſſe comprehēſam. Quod difficile confirmatu viſum reliquit, & ad allegoriam tranſit. Per Daphnen, inquit, virtutem intelliges, per Apollinē virtutis ſectatorem. Quemadmodum is, qui virtutem ſequitur, non facilè comprehendit eam, ita Daphne captu difficilis erat Apollini; Etenim difficilia, q̄ pulchra.

Et via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primo ſpectantibus offert:
Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.

Terra omniū cōmunis mater. Mater excepit, &c. Etenim terræ ꝓpter merita indiderunt venenationem materni nomini, Naſcētes enim excipit ſuſtinet, poſtremò cōplectitur gremio, vt Plinius ait, lib. 2. cap. 65.

Apollinis honori, &c. Triplicē inquit, potiſſimum vtilitatē aufert Daphne in laurum conuerſa, honorem, & decus Apollinis: Dijs reliquis coronas, quibus exornantur, & diuinandi artis iudicium inſigne.

Primitiæ, &c Nouæ fruges. Quā olim veteres non deguſtabant, niſi prius τὰς ἀπαρχὰς, Dijs Sacerdotes immolaſſent.

CON-

CONFIRMATIONIS EXEMplum paulò copioſius tractatum; cuius Argumentum eſt.

Quòd verum ſit, quod Virgilius ſcriptum reliquerit, Didonem amoris impatientia mortem ſibi conſciſſe: confirmationis exemplum.

QVanta fuerit priſcorum hominum induſtria in comparandis ſapiētiæ monumētis, quæ poſteris ſuis relinquerent, cum alijs rebus multis cōſtat, tum vel maximè per hoc indicatur, ꝙ q̄ eximiæ cuiuſdam philoſophiæ documenta exiſtimabant, ea non temere literis mādabant, ſed Muſice numerorū ſuauitate cōdita, poſteris legēda tradebāt. Cuius laudis ab Hebræis ad Græcos deriuatæ, vt Latini quoq; hoīes participes fierēt, ſi quiſquam alius, Virgil. certè effecit. Nā is cū humanarum rerū imaginem in Aenea ſuo mortalibus proponere, ac per hunc, qđ cuique, vel ſequēdum, vel fugiendū eſſet, docere ſtatuiſſet, non ſatis habuit fictis inter imperſonis veros affectus repreſentare, id qđ alioqui poetæ ſpectare ſolent, veram etiā vera pleraq; admiſcuit, inter q̄ veriſſima eſſe cenſenda ſunt, q̄ vt ab inſano amore adoleſcētes deterreat, de Didone Carthaginēſiū Regina, amoris impatientia mortē ſibi conſciſcente, commemorat: grauius ne

an

an iucũdius, nec dum ſtatuo. Narrat.n. Aeneã parte claſs. naufragio amiſſa, Carthagine in Aphricã delatũ, vbi cũ hoſpitio Didonis vteret. Reginã pulcherrimi viri primũ admiratione, deinde et amore captã: Poſtremò amorẽ conſuetudine mutua adeo confirmatũ, vt cũ Aeneã alio vocantibus rebus perſequi non liceret, amoris impatiẽtia furere inciperet, ſeq; ipſa interimeret. Quid obſecro, aptius ꝓbabiliuſq; narrari poſſet? Quid oĩno eſt ĩ toto hoc narrationis contextu tale, quale ĩ fictis argumentis eſſe ſolet? Cohærẽt oĩa, vſitata ſunt oĩa, & iã multis conſimilibus exẽplis probabilia. Nec vllũ eſt verbũ, qđ mẽdacij ſuſpicionem facere poſſit. Conſtat.n. Troia capta. Aeneæ vna cũ ſocijs domo profugi claſsẽ mari ſurſũ, ac deorſum iactatã. Conſtat Didonẽ fratris irã fugientẽ in Aphricã veniſſe, Carthaginẽ condidiſſe, regnum nouũ inſtituiſſe. Et quid noui ſi Regina ſimilibus caſibus iactata profugiũ Aeneã hoſpitio excepit? Si tãti Herois virtutes tũ ex ipſius formæ dignitate, tum verborũ grauitate mirata eſt? Si quẽ admirabatur, eius ẽt amore paulatim ardere cæpit? Primũ mulier annis pariter, & corpore virens? Deinde regalis luxus ſtrepitu laſciua, & cui quodlibuit ẽt licuit? Poſtremo guſtatæ quon[dã] genialis dulcedine deſiderio iã dudũ æſtuans, ac maritũ ſibi deſtinãs? Ipſe muliebris ſex[us] p ſe infirmus natura ſua lubricus eſt, & cum

cum alijs affectib. tũ verò maximé amoribus eſt obnoxius: Nã ij, quanquã triſtẽ feré exitũ habent, tñ cum ad ſe homines incautos inuitant, prima ſpecie mirum quantũ ſuauitatis, quãtũ delitiarũ, quãtũ mellis pollicẽtur. Et quid attinet hic exẽpla cõmemorare multarũ, q̃ non, vt Dido ignoſcendo, ſed illiberali planè, & pudendo amore ſuperatę ſunt? Quis neſcit Paſiphaen, Cretenſis Regis filiã tauri amore correptã ĩſaniuiſſe? Quis ignorat Clytẽneſtrã Aegyſti adulteri amori pollui, q̃ Agamẽnonis mariti laudatiſſimi principis triũphalẽ reditũ expectare maluiſſe? Et credibile non erit Didonẽ ab oĩ parentũ ac maritali iure liberam. Reginã luxu barbarico diffluentẽ, Aeneæ regij hoſpitis amore tactam fuiſſe? Sed datis Aeneã Carthaginẽ appuliſſe, hoſpitio Didonis vsũ. Didonẽ hoſpitis amore inflãmatã. At flãmæ eius tantam vim nõ fuiſſe, vt, cũ Aenea ſuo potiri illa amplexu nõ poſſet, tũ vim ipſa ſibi attulerit: hoc verò ĩcredibile vobis vr̃? Quaſi vero non ſit tãtus amoris furor, vt ad moriẽdũ viros ẽt cõpellat, nedũ fęminas an nõ audiſtis Herculẽ ipsũ fortiſs. Heroẽ, quo noĩe ĩ Deorũ numerũ a ſupſtitioſa antiquitate poſit⁹ eſt, amoris ĩpatiẽtia incendiũ ſibi ipſi ſtruxiſſe? Et qui affectus fortiſs. viri pectus expugnauit, fęminã ad ſuã ipſi⁹ necẽ adigere nõ poterit? Vanũ aũt ſit hoc exemplũ, niſi minores etiã affectus hoc a viris ſapientiæ

Amoris furor.

opi-

opinione clariſs. impetrarũt. Quis inter philoſophos laudatior. Ariſtot.? At is cũ, quamobrẽ toties ſe reciprocaret Euripus inuenire deſperaſſet, ipſo deſperationis męrore ſcribitur extinctus. Quot aũt nobiles Roma. gloriæ ſtudio mortẽ voluntariã ſuſcepere? Nõ Cato Vticẽſis ſuperatarũ partiũ ignominia, ad ſuã ipſius cędẽ impulſus eſt? Nõ Lucr. ereptæ pudicitiæ dolore, ferrũ ĩ ſe ipſa defixit? Quid autẽ, ꝙ & leuiſſimi affectus, nẽpe gaudijs immoderatus ſenſus matronas aliquot Roman. extinxit? Credendũ eſt .n. incorruptus. Titi Liuij grauiſs rerũ humanarũ ſcriptoris monumẽtis. Quod ergo viris, et fortitudinis, et ſapiẽtię gloria ſpectatiſs. leuiores aĩorum mot⁹ extorſerunt, hoc vehementiſs. oĩum affectuũ amor nõ efficiet? Quis ita deſipiet vt hoc credat? Quis non audit vulgo iactati prouerb. Amãti nihil eſſe difficile? Quis nõ videt hac cã cæcũ pingi. Cupidinẽ, ꝙ ꝗ huius ſagittis ſunt saucij, ſine ſenſu, vel mortis viuãt, nihil uereãtur, neq; parẽtes, neq; amicos, nihil exhorreãt, neq; ĩfamię ꝓbra, neq; vitæ pericula, ſed cæcorũ more ipſe ꝑcipitẽt. Sed. n. poeta fuit Virgil. & vulgare eſt, poetas fingere oĩa: ridiculũ verò nõ quid, ſed a quo ꝗd dicatur, attendere, perinde ac ſi dictorũ factorũq; veritas a dicẽtiũ ſcribentiũve pſona pẽdeat, Poetã eſſe Virgil. nõ negamus: ſed nihil veri ab eo ſcriptũ eſſe, hoc vero cõtẽdere magna eſt

Cupido cur cæcus pingatur.

impu-

impudentia. Quid .n. eorum, quæ in Æneæ ſui clypeo de Romanis expreſſit, vanum eſt? Neq. ſi aliquoties fictis imaginibus veritatem adumbrant poetæ, propterea & quicquid verſu ſcribitur, pro ficto habendum eſt. Alioqui ſi verſuum menſura non niſi mendacijs adhibetur, quid faciemus Empedocli, quid Lucretio, qui rerum naturas verſibus ſunt proſecuti? quid Lucano belli ciuilis hiſtoriam hexametris numeris canēti? imò quod Dauidi, & quibuſdam alijs qui diuino ſpiritu afflati, diuinæ ſapientiæ arcana vario carminum genere contexuere? Eant ergo qui veri fidem poetis detrahunt, in primis Virg. vt quem cum alia multa, tum quæ de Didonis amore commemorat, veriſſimè tradidiſſe poſthac non niſi impudentiſſimus negare poſſit quiſquam.

ALIVD CONFIRMATIONIS Exemplum.

ARGVMENTVM.

Verū eſſe quod Herodotus ſcripſit, Arionem Fidicinem a Delphino Tænarum deuectum. *Arionis.*

Iniquus rerū æſtimator, & ad faciendam iniuriam natus videri pōt, qui mēdacij coarguere audeat Herodotū. Cuius hiſtoriæ magna ſemper cū voluptate, atque cōmodo ſunt lectæ. Quem dulcē & candidū acerrimi vir iudicii. Quintilianus p̄dicat. Huius vel vni⁹ cenſurā longè pluris, quā iniqua multorū Zoilorum *Exordiū ab authoris laude. Li. 10. c. 1.*

rum iudicia facere meritó debent omnes ſtudioſi, & credere omnia, quæ memoriæ prodiderit Herodotus, vt candidiſſima, ſic veriſſima eſſe, maximé, quæ ſuper Arione conſcripſerit.

Ab expoſitione. Citharędũ Arionem multas arte muſica diuitias contraxiſſe memorat, eũq; ab inhiãtib. prædæ nautis Corinthijs in mare deſilire compulsũ, ceciniſſe Præcipitem aũt datum, à Delphino exceptũ, & cũ precioſis veſtimentis, atque cithara ſaluum in terrã Laconicam deuectũ.

A manifeſto. Satis admirari nõ queo, tã obtuſi quẽpiã ingenij eſſe, cui ſuboſcurũ videatur Citharœdũ ditari, maximè eũ, qui in sũmo ꝑtio habitus ob ſingularẽ artis Muſicæ cognitionẽ, oculos oĩum in ſe cõuerterit, qui nõ delicijs diffluẽs, nec prodigus, ſed virtutis ſtudiosꝰ fuerit, amãs patriæ, & amicorũ, ad quos redire, vt copia ſua illorũ inopiã ſubleuaret, decreuerat. Et electro pellucẽtius eſt, nautas hoĩum eiuſmodi ſentinã eſſe, ꝙ lucri gratia omniũ facinorũ genera patrare nõ exhorreſcant. *Nautæ ſceleratiſſimi.* Delphinos aũt placidiſſimos hoĩũ amore capi, atq; geſtatores per amico vehẽdi ſtudio pa ienter hoĩem aſcenſorem ferre, non eſt nouũ, nec obſcurũ. Nã & Athenęus refert, dilectũ à delphino puerũ, qui vbi cũ alijs ex palæſtra ad mare ꝓceſſiſſet, natabat, natãti aũt ex pelago delphinus ocurrebat, & dorſo ſuſceptũ in altũ ferebat, deinde cõtinẽti reſtituebat. Et Pauſan. li. 1. memorat, Melicertã

in

in mare cadentem, ſuſceptũ a delphino, & vectum vſq; ad Corinthiacum Iſthmum. Hæc ſi cui nondum aperta ſatis videbuntur, paulò poſt adijciam, quibus intelliget longè planiora facta.

Atqui nõ veriſimile eſt, inquiũt, hominem in ſupremo capitis periculo, ſũmoque luctu canere potuiſſe. Sed ignorant ſtolidi, virũ (qualis ſine cõtrouerſia fuit Arion) ſapiẽtem, nullis aduerſis caſibus ſuccumbere, nec animũ deſpõdere, ſed omnia caſus truculẽtioris ludibria, velut iocos meros, ac ludos æſtimare ſolitum, vt non immerito Horatius dixerit:

Ad ſummum ſapiens, vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique regum,
Quem neque pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent.
Fortis & in ſeipſo totus teret atque rotundus.

Cur igitur a fide alienũ videatur aduerſitatis tpe talem Arionem apparuiſſe, qualis fuerit in proſpero. Cur nõ veri ſimile ſit, in mortis cõtẽptu, ſed velut ad nuptiales epulas iturũ, veſtimẽto exornaſſe, ceciniſſe itẽ voce lęta, quo viri fortioris intrepidũ aĩum declararet. Imbutus Philoſophico ſtudio didicit mortẽ nõ fore timendã, nec malã putandã, quã bona vita p̃ceſſiſſet. Arridebat exemplũ Socratis, qui moriens ẽt iocatus eſt. Nã cũ frigerent ei præcordia, Debemus, inquit ò Crito Gallũ Æſculapio: perinde quaſi ſũpta potione medicacõualuiſſet.

Sed quo pacto fieri potuit, inqunt, vt à *A poſſibili.*
belua

bellua et eadẽ velociſſima potuerit ꝑflu-
ctuũ procellas deportarit memorabiliũ
cunctarũ reiũ expertes viri, nimis igno-
rant dorsũ delphini rependum eſſe, quo
veluti receptaculo Arionẽ à procellarũ
ĩpetuatq; impulsu tutũ cõſediſſe. Igno-
rant delphinũ, non tantũ hoĩs amicum
aĩal, verũ & Muſica arte Mulceri, ſym-
proniæ cantu, & ꝓcipuè hidrauli ſono
capi. Hominẽ non expaueſcit vt alienũ,
ꝓ voce gemitus humano ſimilis, obuiã
nauigijs venit, alludit exultans, certat ẽt
& quãuis plena præterit vela. Diuo Au-
guſto principe, Lucrinum lacũ inuectus
delphinus, pauperis cuiuſdã puerum ex
Baiano. Puteolos in ludũ literarum itan
tẽ, cũ meridiano immorans appellatum
eũ Simonis noĩe ſæpius fragmentis pa-
nis, quem ob id ferebat, allexiſſet, miro
amore dilexit, quocũq; diei tpe inclama
tus à puero (quãuis occultus, atq; abdi-
tus) ex imo aduolabat, paſtuſq; è manu
præbebat aſcenſuro dorſum, pennæ acu
leos velut vagina cõdens, receptũq; Pu-
teolos ꝑ magnũ æquor in ludũ ferebat.
Simili modo reuehẽs plurib. annis, do-
nec morbo extincto puero ſubinde ad cõ
ſuetũ locũ ventitans, triſtis, & mærenti
ſimilis, ipſe quoq; (ꝙ nemo dubitauit)
deſiderio expirauit. Aliꝰ in Aphrico lit-
tore Hipponis Diarrhyti ſimili mõ ex ho
minũ manib. veſcẽs, ferenſq; ſe tractan-
dum, & alludẽs natantibus, impoſitoſq;
portãs, vnguẽto perũctus à Fauiano Pro
conſule

cõſule Africę & ſopit⁹, vt apparuit, odo
ris nouitate, fluctuatuſq; ſimilis exani-
mi, caruit hoĩum cõuerſatione, vt ĩiuria
fugatus, p aliquot mẽſes, mox reuerſus, ĩ
eodẽ miraculo fuit. Similia de puero in
Iaſſo vrbe Cariæ memorãtur, cuius amo
re captus delphinus, dũ abeuntem in lit-
tus auidius ſequit͛, in arenã inuectus, ex-
pirauit. Puerũ Alexãder Magnus Baby-
lone Neptuni Sacerdotio ꝓfecit, amorẽ
illũ numinis ꝓpitij fuiſſe interpretatus.
In eadẽ vrbe Iaſſo. Egeſidem⁹ ſcribit, &
alium puerũ, Hermiã noĩe, ſimiliter ma
riam perequitantẽ (cui repẽtinæ procel-
lę fluctib, exanimat⁹ eſſet) relatũ, delphi
numq; cauſa leti fatentẽ, nõ reuerſum in
materia, atq; in ſicco expiraſſe. Hoc idẽ
& Naupacti accidiſſe Theophraſtus tra
dit. Nec modus exẽplorũ. Eadẽ Amphi-
lochij & Tarẽtini de pueris delphiniſq.
narrant. Quæ faciũt, vt credat͛ eſſe poſſi-
bile, Arionẽ citharędicę artis, interficere
eũ nautis in mari parantibus, ad interci-
piẽdos eius q̃ſtus, e blanditiũ vt prius ca-
neret cithara, cõgregatis cãtu delphinis,
cũ ſe iecisſet ĩ mare, exceptũ ab vno, Tæ-
narũq, in littus peruectũ, vt ait Plin. lib.
9. c. 8. Plura apud Plinium lib. Epiſt. 9. ad
Caniniũ. Eadem habet Gellius lib. 7. c. 8.

Quare nõ hiulca, nec diſſoluta videan- *A conſequenti.*
tur Herodoti ſcripta, veluti puluerẽ, vt
aiũt, oculis offundẽtia, quibus aſſerit in-
fracti pectoris Arionẽ ĩ ſũmo diſcrimine
rerũ ceciniſſe, præclarumq. virtutis ſuæ
ſpe-

ſpecimen atque documentum dediſſe. A muſices item amatorem delphino citharœdum per maria vectum, incolumemq́; conſeruatum.

A De corio. Iã inter vehendũ quid magis Arionẽ decere potuiſſet, q̃ grati animi ſpecimẽ exhibere, atq; animaliũ amiciſſimũ homini victorẽ dulcedine cãt⁹ oblectare? Et quid delphino magis conuenire, quã quod cũ hoĩbus habere gaudet amicitię fœdus, ipſis rebus comprobare, officioq; vehendi gratiã, quám optimè nouit atq; potuit referre? Teſtimonio ſit Coeranus ille Mileſius, qui delphinũ a piſcatorib. captum, iam interficiẽdum pretio redẽptum, mari reddidit. Poſtea naui, in qua Coeranus erat, ſubmerſa, & oĩbus necatis, ab eodem delphino cõſeruatus fuit. Deinde illo in patria Mileto mortuo, ac in littus elato, delphinorum agmẽ apparuit non procul tãquam funeri præſens, & opem laturum, vt ſcribit Athenæus.

Ab vtili. Quód ſi pręſentis hiſtorię memoratu digniſſimę nullus alius eſſet vſus, aut cõmoditas, tamẽ magna ſatis illa, quòd nõ ſolum minimarũ, verum etiã maximarum beſtiarũ naturas ſcrutari nos, diſceremus ipſum rerum conditorem Deum Opt. Max. ĩ ſuis operibus admirari, atq; ĩ mirabilib. eius exercitijs glorificari. Etenim, cui tã Bęotica (quod aiunt) auris eſt, vel ingenium, qui contemplatus formicarum, aut apũ naturas, non admiretur ipſum creatorem? Et qui conſiderãs do-

docilitatem, clemẽtiam, & intellectũ in elephãtis, atq. delphinis, nõ rapiatur ad Dei omnium productoris obſeruantiã? Deinde iudicij ſanioris adoleſcens, cum perpenderit, tãtam in beſtijs manſuetudinem, ſtatim colliget, ſe cum homo ſit, humanitate ſingulari præditum, hominemq; non homini lupum eſſe debere, ſecum reputãdo, cætera animantia rõnis expertia non tãtum in ſuo genere probé viuere, ſed etiam diſſimili tantã beneuolẽtiam exhibere. At (quod turpe relatu) nulla rabies maior, quàm homini. Bruta congregari videmus aliquando, & ſtare cõtra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat, Serpentem morſu nõ petit ſerpentem. At certé plurima homini ſũt ex homine mala, vt Plinius ait lib. 7.

Finem dicendi faciã, nihil ambigens, quin apud omnes veritatis, rerumq. memorabiliũ ſtudioſos Herodoti ſcripta, velut Apollinis oracula mirãda ſint futura. *Cõcluſio.*

ALIVD CONFIRMATIONIS Exemplum; Argumentum.

Verum eſſe, cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.

Cùm in poetis numen quoddã effulgeat, & eorum ſpiritus ſedibus æthereis veniat, qs tã impudens vir litigator, qui maledictis audeat illos ꝓſcindere, diuinoſq; homines genuino dẽte mordere? Ego certè vates, vt ſacros veneror, & exo *Exordium a laude.*

ſculor

Digitized by Google

ſculorum eorum ſcripta, maximé quæ memoriæ prodiderunt de Elpenore.

Ab expoſitione. Quã pulcherrimo veritatis inuolucro finxerunt vnum ſociorum Vlyſſis, in porcum a Circe per pocula transformatum.

A manifeſto. Et puero perſpicuũ eſt, καὶ τυφλῶδ ἤλον, id eſt, & cęco clarum belluinis moribus, ac ingenio ferino pręditos homines, ab omni humanitate, atq. rõne vacuos in brutorum animalium natura tranſire.

A credibili. Ratio pręſtãtiſſima hoĩs pars eſt, atq; lumẽ vnicum. Quam ſi libido, vel ebrietas extinxerit, quid aliud q̃ſo, niſi ſub humana ſpecie lanĩas Epicuri de grege porcus, relinquetur? Etenim in pecudũ, ferarumq, animalium numero habetur, quiſquis eſt ferinis voluptatibus pręuinctus.

A poſſibili. Vinum doloſus luctator. Temetũ in ex eo appellatũ eſt, quod tẽnet, atque Labefactet mẽtem. Cũ doloſus luctator vinũ non modó pedes ſoleat cõſtringere, ſed etiã omnes animi vigores profligare, atque mẽte captos tenere, vt ab antiquis ſignificantiſſimo vocabulo temetõ ſit appellatũ. Prętęterea, cũ animi clauo cupidinis trãsfixi, rationis oĩs expertes euadant, cur quæſo, Elpenor ad copula & libidinem procliuis, ſub hominis figura porcus, hoc eſt, ratione carens animal eſſe non potuit?

A cohærenti. Sus gaudet volutabro luti, fœdus, vt Elpenor, homo voluptates belluinas ſectatur ad porcinam vorãdi auiditatem, cumque Philoxeno gruis collũ exoptat. Vide Gellium lib. 19. c. 2.

Porci natura maximè quadrat ĩ libidinoſos & ebrioſos, quos pṽerbio porcos

Acar-

beſtijs communes habent, in pecudes ſuam ſponte conuerſi per libidinem, & quam Senecam vocat inſaniam voluntariam, ebrietatem.

Iam, q̃ commoditas ex præclaro iſto poetarũ figmento promanet, audi. Elpenor in pecudẽ trãsformatus monet oẽs bonarum literarum atq; virtutis ſtudioſos, vt procul a Circes, hoc eſt, voluptatis illecebras, tanquam nocentiſs. peſtẽ fugiant, ac ipſum Elpenora, non ſecus, atque Helotarum Spartiatarum vnum, deteſtantes, turpiſs. libidinis, & ebrietatis crimina deuitent. Illud Virgilij ſemper fixum in pectoribus habentes. *A contrarii.*

Compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum.
Ne te muneribus perdat vterque ſuis.

Merito igitur honore proſequi debemus, vt alia, ſic præſentia de Elpenore ſcripta poetarum, quos non iniuria ſacros, & Dei curam. Ouid. appellauit. *Epilog.*

Exempla varijs ex authoribus multa conſimilia, & ingenij. & ſtyli exercendi gratia poteris colligere, atq; iuxta præſcriptos ab Aphthonio locos, tractare, vti Verum eſſe, quòd Hor. cocles armorum pondere grauatus, Tyberim tranauerit. Cuius meminit, Liuius lib. 2. ab vrbe. Valer. lib. 5. cap. 2.

Item: verum eſſe, q̄ M. Valerius Coruinus pugnæ victoriã auxilio corui obtinuerit. De quo Liuius ab vrbe ſeptimo. Val. lib. 8. c 16. Gellius libro 9. c. 11. vel etiam falſum eſſe, ex Quint. l. 2. c. 4.

Digitized by Google

Cap. 7. DE LOCO COMmuni, qui Κοινὸς τόπος.

LOcus communis, eſt oratio bona, aut mala, quæ alicui inſunt, augmentans. Dictus autem eſt communis, quód omnibus, qui eius rei, de qua agitur, participes ſunt, communiter conueniat, atque congruat. Oratio enim in proditorem omnibus in commune proditioni obnoxijs aptatur. Deuterologiæ, id eſt, argumentationi iam peracta, & epilogo ſimilis eſt. Quare locus communis non habet proœmium, attamen iuniorum exercendorum cauſa, quandam proœmij formam licebit fingere, cui ſubdere capita, primum ex contrario, hinc rei expoſitionem, non tanquam doceas, res enim nota eſt, ſed vt auditorem incites, aut exaſperes. Poſt hanc afferes comparationem, qua ex collatione id, de quo agitur, in maius extollas. Poſtmodum collocabis ſententiam, vel mẽtem, caput ſic vocatum, exprobrans, aut calumnians agentis intentionẽ. Deinde coniecturali digreſſione vitam præteritam in crimunum ſuſpicionem deuocabis: deinde miſericordiæ excluſionem. In fine autem huius præexercitationis, pones capita finalia.

Legitimum,
Iuſtum,
Vtile,
Poſſibile,
Honeſtum, Eueniturum.

EXEM-

EXEMPLVM LOCI COMMVNIS *contra tyrannidis affectatorem: cuius prœmium primum tale eſt:*

QVemadmodum legibus conſtitutum eſt ipſaque apud nos iudicia cenſuerunt, legibus pœnas luat is, cuius ſcelere leges nullæ fuerũt amplius permanſuræ. Quòd ſi præſenti liberatus ſupplicio, foret æquabiliorem ſeſe præbiturus, aut vitam popularem ducturus, illi forſitan aliquis pænam remittere poſſet: cum vero elapſus in præſentia, ſit longè violentior euaſurus, iniuſtum certe fuerit, inſecutæ tyrãnidis initium præſenti delicto condonari.

SECVNDI PROOEMII FORMA.

Ex aliorum abſolutione rerum non magnum fortaſſe iudicibus periculum fuerit emerſurum: Verum ſi Tyrannus abierit impunitus, certum eſt, ad ipſos iudices præcipuum diſcrimen deuolutum iri, quos cum ipſis legibus è medio tollent, potientes rerum Tyranni.

Videmini aũt mihi, iudices, in eius ſolũ, qđ in pſentia eſt, contẽplatione mentẽ habere defixã, virtutis ſeueritatiſque maiorũ noſtrorũ obliti, quorum iuſtius erat reputare, animoq; proponere ſentẽtiam, qui nobis velut maximũ, incõparabileq; munus, Rempublicã omni dominatione vacuã, ſolutamq; reliquerũt. Optimè quidem illi atq; rectiſſimè. Qñ enim ipſa varietate ſua in cõſtantem ſe, diuerſamq; hominibus præbẽt, proinde *A contrario.*

mentes quoque hominum ad rectè, ſecuſque agendũ multiplici flexu trahũtur. Hic inæqualitati legum æqualitatẽ oppoſuerunt, inſtitueruntque Rempub. velut vnam ciuium omnium ſentẽtiam facientes, vt nunc premẽtem res cuiuſque, nunc extollentem legum cõſtantia æquaret, eſſetque in ciuitatibus lex, correctio malorum, quæ fortuna patraſſet.

Ab expoſitione. Cuius iſte, aut immemor, aut contẽptor potius ſceleſtiſſimo ſecũ cõſilio inſtituit, vt Rempub deleret, taliaq. ſecũ diſſerebat. Quorſum ergo per Deos immortales? Supra omneis poſitus oĩbus me pariar æquari? Fruſtraque permitto cumulaſſe diuitias mihi fortunã, ſi eadẽ, q̃ vulgus faciã, eadem ferã? & collecti pauperes iudicant, quodq; multis videtur, id mihi tãquã lex obſeruandũ erit? Quouſque ergo hæc? Quis modus erit, aut horũ, quę liberatio? Occupabo arcẽ. & peſſimè perituras longè abigam leges eroque reliquis ergo lex potius, quàm reliqui mihi. Hæc ipſe ſecũ reuoluebat, nondum verò votorum ſuorum finẽ aſſecutus, obſtitit enim beneuolẽtia Deorum. Quid ergo non iniquiſſimum eſt, ſi propterea, quæ fruſtra conatus eſt, ſummam Dijs gratiam debemus, propter eadem hæc hunc hodie cõſeruari?

Sceleratus eſt homicida, ſceleratior tñ multo Tyrannus. Ille.n. vnũ, quiſquis is fuerit, perimit: hic vero totas conuellit ciuitatis fortunas. Quãto ergo min⁹ eſt,

parum

parum offendere, aut vnũ necare, quam omneis occidere: tãto minus eſt homicidæ malum, quã atrox Tyranni crimen.

In alijs aũt reis euenit plerumq; vt tametſi grauiſs. admiſerint, mentẽ eximãt delicto, animoq; defendant. Solus autẽ Tyrannus fiduciã nõ habet, vt inuitum ſe dicere queat tãtum ſcelus ſuſcepiſſe. Itaq; ſi inuitus tyrannidẽ fuiſſet aggreſſus, eſſet fortaſſe ratio aliqua huius ipsũ conatus abſoluere. Verum cum ante attentatũ ipſe malum ſecum diuque liberauerit, quomodo iuſtũ cuiquam videtur, culpa carere ipſum, qui ante operã, mente quoque factus eſt Tyrannus? *A ſententia.*

Alij ergo, quicunq; in ius vocant rei, p̃ſentis ſolũ criminis rõne repoſcunt, & pp prioris vitæ rectẽ facta ſæpius abſoluunt, p̃ſentibuſq; delictis ignoſcit: Solus vero Tyrannus vtriuſq; tpis iudiciũ ſubeat, oportet. Liquet iniquã immoderatè vitã præteritã, & quàm crudeliter pręſentẽ exegerit ipſe. Itaque vtrorumque det pęnas, & eorũ quę ante, & eorũ quæ præſentis ſceleris conatu deliquit. *A digreſſione in coniecturalẽ cauſam.*

Libet autẽ videre cuius p̃ces præſenti ipſum diſcrimini ſint exempturę. Liberi nẽpé? Verũ cũ ſupplicantes vobis, flenteſq; illos videbitis, putare vobis aſſiſtere leges, quarũ vos reſpectu moueri multo rectius eſt, q̃ liberorũ ipſius. Hos.n. ſperatæ dñationis fuerat relicturus hæredes: leges verò, qp iudicandi, decernendiq; de ipſo ptãtem habetis, p̃ſtant. Ita- *Ab excluſione miſericordia.*

que per quas, quod iudices eſtis, vobis datur, pro eis iuſtius fuerit vos ſententiam ferre.

A legitimo. Si enim rectè leges iubent eos, qui patriam in libertatem aſſerunt honoribus afficiendos eſſe, neceſſariò relinquitur eos, qui in ſeruitutem redigere conantur, eſſe puniendos.

A iuſto. Iuſtum autē eſt, vt tantum vobis det pœnarum, quãtum ipſe ſceleris admiſit.

Ab vtili. Quód ſi Tyrãnus occubuerit, id magno vobis vſui futurum eſt. Quoniã firma præſtructio confirmandi léges erit.

A facili, & poſſibili. Facile aũt, & expeditũ erit, de ipſo ſumere ſuppliciũ. Neque. n. quẽadmodũ ipſe ad aſſerendã tyrannidẽ ſatellitibus, ita vos ad opprimendũ ipsũ auxilijs opꝰ habetis. Sed ſufficiet (iudices) ſola veſtra ſententia, cuius cũ a Repub. ius poteſtatemq; acceperitis, pulcherrimũ quoque erit, pro Reipubl. ſalúte ipſam experiri.

Concluſio ab euẽtu. Qua facili cognitione totã hanc præſentẽ tyrannidis poteſtatem auferetis.

Scholia.

LOcus cõis, &c. Principio loci cões ſunt, quas reiũ formas appellant, q̃ ferè in vſum rerũ humanarũ, & literarũ cadunt, vt opes, honores, vita, mors, virtus, prudentia, iuſtitia, liberalitas, tẽperantia, & his contraria. De quorum vſu optimè ſcripſerunt. Rodolphus Agricola in Epiſtola de ratione ſtudij, & alij.

Sunt itẽ, qui alia in cauſa a defenſoribus, alia ab accuſatorib. cõiter tractantur.

tur. Horum locus cõis, augere peccati atrocitatem, & dicere, malorum non oportere miſereri: Illorum miſericordiã captare, & illata crimina extenuare.

Item: cõis loci cũ accuſatorũ, tũ defenſorũ, A teſtib. cõtra teſtes, a q̃ſtionib. contra q̃ſtiones, ab argumentis, a rumoribus: & contra: de quibus Cice. ad Heren. 3. Et Georg. Trapezuntius Rhet. 2.

Itẽ: cõis loci (de quibus potiſſimum Aphthonius loquitur) ſunt, quibus citra perſonas in ipſa vitia moris erat perorare, vt in adulterum, aleatorem, peculatorem, vt ait Quintilianus, libro 2 c. 4.

Cões autẽ dicti ſunt: ideo, quia quamuis contra hunc, aut illum dici videãtur, tamen ad vniuerſos criminis reos efferantur neceſſe eſt, vt ait Trapezuntius.

Augmentans, &c. Hoc eſt, per locũ cõmunẽ amplificamus, vel augemus virtutes, q̃ bonis: vel crimina, q̃ ſceleratis inſunt, illic per conqueſtionẽ miſericordia captatur, hic peccatorũ atrocitas exaugetur. Quod quibus rationibus fieri debeat, oſtendit Cice. in fi. lib. 2. ad Heren.

Deuterologiæ, &c. Agricola ſecundã orationem reddidit. Qm̃ locus cõis poſt accuſatorem argumentationes, quibus primò noxij manifeſtantur, & conuicti ſupplicijs digni relinquunt, ſolet tractari. Vnde Quintil. ait, ex medijs iudicijs eſſe. Et Priſcianus, ita definit: Locus cõmunis exaggerationẽ hẽt manifeſtę rei, quaſi ex argumentationibus iã peractis. *Lib. 2. cap. 4.*

Non.n. quærimus, in hoc, an iſte ſacrilegus, vel vir fortis ſit, ſed rei conuictæ, & manifeſtæ exaggerationẽ facim⁹, cui tñ legibus ſuppliciũ ſit definitum, vel præmium. Rodolph. Agricola lib. 2. cap. 14. Loci cões, inquit, vt Rhetores vocant, non ſunt aliud, q̃ maiores ratiocinationum propoſitiones, vt q̃ in proditorem, in veneficum, adulterium, ſicarium dicuntur. Cum volumus enim probare, Cœlium damnandum, oſtendimus veneficum eſſe, quod vbi explicatum eſt, quid reſtat aliud, qđ ratiocinationi deſit, niſi maior? veneficus eſt damnandus.

Epilogo ſimilis. In concluſione, p̃ter enumerationẽ ſunt amplificatio, & cõmiſeratio. Illa p locos præſcriptos ad Ciceronẽ communes, inſtigationis auditorũ, augendique crimninis cauſa ſumitur: Hac item per locos ſuos commouetur miſericordia anim⁹ auditoris. Ergo cõcluſioni ſimilis eſt locus cõmunis, quem item bonorum, & malorum, quæ alicui inſunt, nos amplificatiuum ſermonem appellamus. λόγομ αὔξητικὸμ. Græci.

Res. n. nota eſt, &c. Hoc eſt, poſtquã forma quædã procœmij fuerit poſita, & a contrario locus, tũ ſubiunges, ἔκθεσιμ, i. expoſitionem, vt auditorem in odium maleficijs rapias, ac inſtiges, non probes, nec doceas rei declaratum crimen.

In maius extollas, &c. Hoc eſt flagitiũ in qđ fueris inuectus, oſtẽdes longè grauius eſſe, atq; atrocius illo cũ quo cõtuletis,

Digitized by Google

leris, vt ſacrilegũ peculatore deteriorẽ.

Sententiã, vel mentẽ, &c. Sententiam veteres, qđ animo ſenſiſſent, vt ſupra dictũ eſt, vocauerunt, Græci γνώμην appellant. Qđ conſilium mente conceptum, atq; voluntatem quoque ſignificat. Vult igitur Aphthonius, vt apertiamus, quo animo, vel rationis impulſu, & quib. conſilijs reus ad maleficium acceſſerit.

Cõiecturali, &c. Conectură a conie- *Coniectura.* ctu, i. directione quadam rõnis ad veritatẽ, appellatã ait. Quint. lib. 3 c. 7. Hinc *Coniecturalis cauſa.* coniecturalis cauſa, cuius Cic. ponit ſex partes. Et primam vocat argumentationem probabilem, diuiditque in cauſam, & in vitam: illa ratiocinationẽ, hæc ex ante factis ſuſpiciones adminiſtrat.

Miſericordię excluſionẽ, &c. ἐνἐυεήλεα... ἀλήμ, amouendã ait miſcdiam eſſe, & neminẽ iuſtũ oportere malorum miſereri.

Leges nullę, &c. Tyrãni piphraſis eſt, in quẽ præſens hic locus cõmunis eſt inſtitutus. Verũ Tyrannus olim dicebaꝰ, fortis, & Dñs bonus, plenam in ſubditos poteſtatem habẽs. Vnde Virgilius in 7. Aeneam ſuum, quem pium ſemper eſſe voluit, Tyrannum dixit, inquiens.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe Tyranni. *Tyrannum.*

Poſtea viribus imperij p ſuperbiã cœperunt abuti. Vnde tyrãni nomen ad eos reſtrictũ eſt, q iniuſtè adipiſcunꝰ, Imperiũ, vel p inſolẽtiã abutunꝰ imperijs, & Rẽp. opprimũt, rediguntq; in ſeruitutẽ. Cum his, inquit Cic. Officiorum 3. nulla.

la nobis eſt ſocietas, ſed poti⁹ ſumma diſtractio. Omne hoc genus peſtiferũ atq; impium ex hominũ cõitate exterminãdum eſt, &c. Idem 2. Philippi. Satis eſt viris fortibus didiciſſe, q̃ ſit pulchrum, beneficio gratum, fama glorioſum tyrãnnũ occidere. Idẽ pro Milone. Græci homines Dei honores tribuunt ijs viris, q Tyrãno, necauerũt. Quæ ego vidi Athenis, q̃ alijs in vrbibus Græciæ. quas res diuinas talibus inſtituas viris? quos cantus? q̃ carmina? ꝓpe ad immortalitatẽ, & religionem, & memoriam conſecrãtur, &c. Præterea lex olim erat: Tyrannicidę imago in gymnaſio ponatur. Cuius meminit. Quintilianus libro 7.c.8.

Videmini, &c. Aphthonius δίκεῖτε δέ μομ μᾶλλομ περί τῆς τῦ παρόν διαυίας ακρεβεςερον κριννειμ. ει τὰς τῶμ προγόνωμ λογιεῖσθε γνῶμας: Lõgè, inquit diligẽtius & exactus (mea ſententia) iudicaretis in re p̄ſenti, ſi maiorũ noſtrorũ iudicia ante oculos veſtros ponere velletis. Iudices nimiũ indulgẽtes ac remiſſos arguit. Maiores aũt econtrariò diligẽtiores aſſerit enituiſſe. Illos pati Remp. opprimi, hos in libertatẽ adſeruiſſe, & legũ iuſtitiã oppoſuiſſe iniuſtis fortunę impulſib. ad maleficia. Eſt.n. locus a contrario.

Fortuna. Hinc illud Hor. l. 1. car ad 29. — Fortuna varietate ſua, &c. Fortuna potens, ac variabilis appellatur a Virgilio, q̃ Deam veteres arbitrati, in tota ratione mortaliũ ſolã vtramque paginã facere credebant, & oẽs caſus humanos adſigna-

gnabãt illi, (ſed malè,) vt hoĩum mẽtes impellenti, nũc ad maleficia, nũc ad virtutũ ſtudia. Vnde Quintus Curt. li. 3. de rebus Alexandri, inquit, Etiam naturam plerumq. fortuna corrũpit, & li. 8. Quis neget eximiã quoq; gloriam ſæpius fortunę, quàm virtutis eſſe beneficiũ? Hinc Aphthonius ait, prudenter a maioribus inſtitutum, vt leges decernerent malis pænas, bonis autem præmia virtutis.

fortuna ſæuo læta negotio ludum inſolẽtem ludere pertinax. Tranſmutat incertos honores, &c.

Attentã rẽ, &c. Ideſt, Miſericordiam Tyrãnus mereret̃ ſi peccaſſet imprudẽter, & incõſultò, ſed cũ factus ſit ſtudioſè, atq; dedita opera Tyrãn⁹, erit puniẽdus volũtario. n. crimini nulla debet eſſe venię ſpes, nec ignoſcẽdi facultas parata

Inuitũ ſe dicere, &c. Hoc eſt, crimini ſuo nihil poterit ꝑtexere, non dicere, ꝙ inuitus, vel per imprudentiam ſcelus ſuſceperit. Et in teſtamẽto veteri legimus ijs vrbem profugij paratam fuiſſe, qui neſciẽtes aliquem percuſſiſſent, vt ſi ferrũ in ſylua manum ſuccedẽtis ligna fugerit, & occiderit hominem. Deut. 19.

Liberorũ ipſius, &c. Hoc eſt, filiorum atque filiarum. Vide Gellium li. 2. c. 13.

Quarũ reſpectu moueri, etc. τὴμ ψῆφομ ἐπενεγκεῖμ, i. ſuffragia ferre. Multò iuſtius eſt, inquit, ꝓ legis ſuffragia ferre, eaſque defendere, quã Tyrannorũ liberos fauore ꝓſequi. Illarum. n. beneficio iuſtitia floret, & iudices liberè ſententiã pronuntiant, ſed horum maleficio, cum iudicibus æquitas è medio tollitur.

LOCVS COMMVNIS IN VILlarum ac urbium incenſores.

EXORDIVM

HOminum impiorũ nulli grauioribus ſupplicijs afficiẽdi ſunt quã ij, quorum maleficio contingit, vt funditus per incendia pereat, quod à iuſtitia ſuum vnicuique fuit attributum.

A contrarijs. Quorſum attinere Dei clementia datas eſſe facultates, ſi liceret impunè maleficis eas per crudeliſſima ſcelera tollere, vel omnino flammis abolere?

Ab expoſitione. Quid in rerum natura poterit atrocius eſſe, quàm oĩa loca miſerabilius lamentis, cũctaſque domos eiulationibus querulis complere, vrbes inſeſionibus, internetione ciues, vaſtitate regiones ruina crudeliſſima Reſpubl. perdere, & breuiter omnia, quibus humana vita carere non poteſt, flammis abſumere?

Quibus longè mitiores sũt fures, aut ſicarij. Hi vnius atq; alterius bona diripiũt, aut, rerum inopia protruſi, vnũ aliquem occidunt: at illi Reſpub. omnes euertunt, & vniuerſa tollunt è medio.

A cõparatione. Facinori voluntario nulla eſſe debet parata excuſatio, ĩprudẽtię iuſta eſt deprecatio. Nulla igitᵉ venia digni sũt, qui cõſultò maleficia ſuſceperũt, ac ſua ſpõte, oĩa immaniter excuſſerũt ſola nocẽdi libidine, & puerſitate mẽtis impulſi.

A Sententia. Cũ vitã preteritã adeo turpiter exegerint, vt nulla ſpes melioris ſit inſequentis, Iudices, iniuſtè facietis, ſi eos dimiſeritis.

titis. Quippe vix vnquam ad bonam frugem peruenturi ſunt, quos ad omnia flagitiorum genera rapuit aſſidua peccandi conſuetudo. *A cōiectural i digreſſione.*

Quis poterit iſtorũ miſereri, quos nõ public⁹ lect⁹ ad miſericordiã traxit, nõ tot matronarũ, ac puerorũ eiulatus flexere, non tot virorũ ſingultus, atq; calamitates maximé permouere, ne dum a teterrimo crimine potuerũt deterrere? *Ab excluſione miſericordia.*

Fas & iura ſinunt, voluntq;, vt in pęnas ſe dignas exoluant, qui iuſtitiæ leges violando crudeliter vniuerſam Rempub. afflixerunt, fortunasque omniũ irreparabili damno funditus perdiderũt.

Quis tã peruerſi iudicij poterit eſſe, cui videatur iniquum, eos tantis incommodis atque pænis adficere, quanta bonis innocentibus intulerunt, tantiſque ſupplicijs excruciare, quanta meruerunt eorum maleficia? *A legitimo.*

Sumpto de ſceleratiſſimis hominib. ſupplicio fiet, vt Reſpu. liberata poſſit reſpirare, item boni ciues quibuſcunq; rationibus valuerint ſua tecta reſtaurare, & in meliorẽ, aut ſaltẽ priſtinã conditionem, atque dignitatem reſtituere. *A iuſto*

Tanta vobis, iudices, eſt diuinitus cõceſſa poteſtas, vt citra magnum negotium maleficos tollere, tãta itẽ facultas, vt pro iure voſtro Remp. afflictam ſuffulcire poſſitis, & in libertatẽ aſſerere.

Nihil magis poterit Iudices æquiſſ. decere, quã Rerũ publicarũ hoſtes opprime- *Hoc n. eſt pro-*

iuxta ꝓuerbium, canis ad vomitum reuerti, & ſus ad volutabrum cœni. Noctes atque dies in ganeis, in luſtris pergræcatur, clamat, rixatur, pugnat.

Quemadmodũ amor turpis nihil boni procreare, ſic itẽ ebrietas, ingeniorum teterrima pernicies. Et reliqui morbi partem aliquã corporis ſolẽt corripere, nõ diuinã in hoĩe particulã adoriri: peſtilentiſſ. omnium eſt ebrietas, hoc eſt, rationis priuatio, quæ temulentia dicta, ꝙ animi vigorem debilitet. Veteres enim temetum appellauere vinũ ex eo, quòd tentet, atque labefactet mentem. *A cõparatio.*

Alios imprudẽtia, infirmitas, atq; alia ad peccandũ trahunt, ebrioſi ſpõte ſua rapiuntur ad male faciẽdum. Vnde Seneca ebrietatẽ nihil aliud ait eſſe, quám voluntariam inſaniam, Epiſtolarum 12. *A ſententia.*

Non potuit vitã ꝑſentẽ honeſtè tranſfigere, q ꝑteritam turpiſſimè traducendo, ſed puteo, qđ aiunt, argenteo nõ deſijt ĩgurgitare. Documento sũt libidines portẽtoſæ, pallor, genæ pẽdulæ, oculorũ vlcera, tremulæ manus, quas aliqñ vidiſtis effundere plena vaſa. Hæc oĩa præmia sũt ebrietatis, & vitæ turpiter exactæ euidẽtia ſigna. Vide Pli. li. 14. c. vlt. *A vita antecedẽte.* *Incontinentia incommoda vide ex Socrate apud Xeno. Mẽ. 1*

Nulla rõne parcẽdum eſt illi, qui conſultò facin⁹ patrat, & ſua ſpõte ſe cõuertit in beſtiã: ꝙ faciet ebrioſus homo, cuius turpiſſima flagitia ſine vlla miſcđia reprimere debetis, & exẽplis innocentẽ editis reliquos a peccando deterrere. *A miſericordia excluſione.*

Cúm

A legitimo. Cùm iuxta Cic. ſententiam, Lex ſit recti p̄ceptio, prauiq. depulſi, rectiſſimè feceritis, ſi (qđ leges veſtræ volunt) teterrimum hoc ebrietatis crimen è medio tuleritis: quo facto, vitijs omnibus repurgatam Rempublicam eſtis habituri.

A iuſto honeſto, vtili, poſſibili. Gladiũ cur gerãt magiſtratus. Vos ideo magiſtratu fungimini, & gladios geritis, vt ſontes puniatis, & innocentes tueamini. Nihil igitur iuſtius, nihil honeſtius facere poteritis, quàm ſi fortiter officio veſtro functi, in beſtiam hanc ebrioſam grauiter animaduerteritis. Nec erit, quòd ab illo vobis metuere debeatis, cum neminem ſui criminis defenſorem habeat, & eius omni vigore corpus exhauſtum, vinoque debilitatis ſit animus. Noxium igitur dignis modis tractare, quod non ſolum Reipublicæ veſtræ futurum eſt vtile exemplum, atque ſalutare, ſed etiam gratum Deo, qui maximo odio perſequitur ebrietatem. Vnde apud Iſaiam inquit. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis, &c.

Epilogus. Sed non opus oratione longa vobis, quibus perſuaſum eſſe ſcio, ebrietatem crimen eſſe teterrimum, nec leui ſupplicio tollendum.

IDEM ARGVMENTVM VENVSTIVS, ac copioſius tractatum.

VEreor plurimũ, nè, qui ſobrij ſunt, operã hanc meam in ebrio, dicendi eũ ſuperuacaneam rideant: dicent.n. ſobrij,

ſobrijs caſtigatione hac nihil op⁹ eſſe: ebrios aũt ſic vino ſepultos, vt nulli⁹ vocẽ exaudiãt, nulli⁹ admonitionẽ intelligãt, nullius obiurgationis aſperitatẽ ſentiãt. Nimerũ ꝙ vt corpus mortui nullis punctis, ſic ebrij aĩus nulli⁹ monitis excitari poſſe videat. Quanq̃ autẽ optabile eſſet, nõ ſępe operã ludi ĩ corrigendis ijs, q̃ in vitijs ſuis ſic obduruere, vt oẽm medicinę ſpẽ excludãt: tamẽ q̃a ſunt qui certis interuallis ex tãti mali ſopore expergefacti, ad redeũt, ſeq; ſanabiles per hoc, qđ morbũ ſubinde agnoſcãt, prębẽt, vel horũ grã quãta ſit ĩ hoc vitio pernices, paucis oſtẽdã. Nã vt pulchrius nihil eſt hoĩe ſobrio, & ad quiduis quouis tpe. quouis loco parato, ita nullũ mõſtrũ fœdius ebrio, cuius, vt Terẽtianus Chremes ait, neq; pes neq; manus ſatis ſuũ officiũ facit. Principio mirari ſuccurrit Gręcorũ prudentiã, qui ſuæ etiã linguæ proprietate quãta vi tus, quamq; ingẽs bonũ ſit ſobrietas ſatis declarant. Siquidẽ vt oſtenderẽt mentẽ humanã in ſua dignitate cõſiſtere ſine ſobrietate nõ poſſe, virtutem hanc inſigni vocabulo Cωφροσήνημ. nominauere. Quid enim aliud ſonat σωφροσύνη, quàm mentis conſeruationem? vt quantúm homo animalia rationis expertia mentis dignitate antecellit, tantúm quoq; hæc virtus cæteris omnibus ſit ſublimior cẽſenda. Quãquã autẽ Stoicorũ diſputatio eſt, qui vnam virtutẽ habeat, ci & cæteris non deeſſe: tamen in vſu

σωφρο-σύνη.

vitæ

vitę humanę ſępe cōpertũ eſt, fortitũ diuinē habuiſſe eũ, q amicitię iura nō pręſtiterit. At ſine ſobrietatis fũdamēto null⁹ vnquã virtutũ domiciliũ in aīo ſuo conſtruxit. Nã vera oculorũ acies ſola colorũ diſcrimina diſcernit, qui nullo vitioſi humoris fluxu lippiãt: ita quid quaq; in re vel fugiēdũ, vel ſequendũ ſit, ea tãtũ mēs cernit, quã cibi ac potus moderatio ab omni onere sēper ſeruarit expeditã: Hæc prudētibus cōſiliorũ oīum mater, hęc recte cō ſulta mature exequit̃; cum hac florēt Reſpub. hac diſcedēte sēſim optima quęq; dilabunt̃: vt vel hinc appareat, quãta ſit peſtis ĩ Repu. cui⁹ ebri⁹, q neq; virtuti vlli locũ apud derelinquat, nec vllũ ĩ reb⁹ cōſiliũ, aut inuenire ipſe, aut ab alijs inuentũ recta ratione exeq poſſit: q nec pręterita recordari, nec pſentia moderari, nec futura præuidere rectè queat: q deniq; nihil aliud ſit, quã qđ de otioſis ait Poeta, Telluris inutile pōdus. Pinge autē tibi cogitationis penicillo tali hoīs vitã. A veſpera ad multam noctē clamat̃, bibit̃, luditur, cãtatur, vlulatur, pugnat̃, frangunt̃ ſcyphi, menſæ vomitum conſpuũtur: ſuccedit ſomnus alijs grauis, adeo, vt morti pluſquam ſimilis appareat: alij ſomniorum terrificis ſpectris irriquietus: tũ æquiſſimũ ebrietatis ſuppliciũ, vehemēs capitis dolor, ac membrorũ oīum debilitatio, Mane dolor, & nondũ edormitũ vinũ ſurgere vetat, & in mediũ vſq; diem inſtratis detinet.

net. Qđ ſi quid operis vrgeat nimis ra-
cti, & vel ſemimortui ad illud accedi-
mus. Quis autẽ cũ laude in negotio ali-
quo graui verſat̃, ad q̄ inuit⁹, fract⁹, ac
tot⁹ lãguidus ingredit̃? Quid expediet
impedit⁹ ipſe? Quid fortiter faciet lan-
guidus? Quẽ laborẽ feret heſterno mero
nõ ſolũ fatigat⁹, verũ tot⁹ fract⁹? Attre
ctãdũ eſt aliq̃d? tremũt man⁹, Eundum
aliquó? genua labant. Res poſcit eloquẽ
tiã? lingua hæret, vocis meat⁹ eſt impedi
t⁹. Quid multis? ĩter tot morborũ gene-
ra, q̄ humanæ naturæ miſeria eſt obno-
xia, vix vllũ eſt qđ ſemel adeo totũ hoĩẽ
ſibi eripiat, & aĩum pariter corpus pro-
ſternat. Bona morborũ pars cũ vel cor-
pus, vel corporis aliq̃ partẽ affliget, ta-
mẽ immortalẽ hoĩs partẽ, nempe aĩum,
impetere non audet. Sunt q̄ ſoporẽ, ſunt
q̄ torporẽ, ſunt q̄ frigus ſunt q̄ æſtũ im-
mittant, ſalua tamẽ interim rationis di-
gnitate. Atqui illud ipſũ, qđ cõmune ha
bemus cũ Deo immortali, quo ſolo ho-
mines & ſum⁹, & recte appellamur, quo
a brutis differim⁹, hoc verò labefactare
ebrietas, & poteſt, & ſolet. Atrox ſané,
& horrẽda peſtis eſt ἐπιληψία, qua cor-
repti pleriq; aliquoties vim ſibi ipſi affe
runt, dũ ſua ipſorũ mẽbra pulſant dũ ca
pillos ſibi vellũt, dũ ſe in luto volũt ipſi:
At nullis verbis cõſequi queas, quãto fę-
diori, quantoq; immaniori malo labo-
ret ebrius. Quem ἐπιληψία corripit,
hunc paulò momento deſerit, atque

Animũ cũ Deo cõem hẽmus eoq; ſo lo a bru tis di ſteri mus.

ci

ei mentis vſum reddit: ebrius autē cum diu multumq; per ebrietatē iactatus fuerit, ſæpeq; indigna multa tū fecerit, tum paſſus fuerit (ſi non, quòd ſæpenumero accidit, in totū extinguat) totumq; penè triduū ſepulto ſimilis iacuerit, vix tādē ad ſe vtcunq; redit. Illi mali ſenſum lenit, quod nulla ſua culpa, ſed morbi vehemētia pęnitēda multa tū dicit, tū facit: hic verò malū cōduplicatur, quando, quò mali culpā a ſe transferat, nō habet: & minus premere ſolent, quæ nihil cōmeritis grauia accidūt. Iā inter animi vitia nullū eſt, tā noxium, nullū ex quo tāta malorū aliorū ſeges pullulet. Quid enim tam eſt horrendū, quod non ebrij audeant? Fide & taciturnitate in rebus humanis nihil ſanctius eſſe debet. Ebrio nihil rectè credideris, effutit oia, neque cuiquā tā religioſè arcanū eſt, quod celareis poſſit, qui ad cuiuſuis compotoris ſtultitiā inuitatus mētis ſua dignitatē ipſe prodit. Quid enim nō prodiret is q̄ illud, quod chariſſimū habet, ad alienam affectū, eumq; ſtullū, amittere vel cum auditate paratus eſt? Cui autē ignotum eſt, rixarū, vulnerū, ſtuporū, adulteriorum, homicidiorū vberrimū fontē eſſe ebrietatē? Quis enim neſcit pugnā Lapitharū factā, vt Horatius ait, ſup mero? Quis neſcit, Tarquinios mero calentes primū ad ſtuprum nefandū proceſſiſſe, mox, & regno ampliſſimo excidiſſe? Quis ignorat Alexandrū Macedonē cæterum

In vino veritas. hunc. H rat Ser. 1. Sa. 4. & 10. Cōdita cū verax aperit p̄cordia Tiber. Vide Curt. b. 10.

terum quidem Regem laudatiſſimum, computandi ſtudio eò prolapſum, vt ijs quibus familiariſſime vtebatur, interfectis, & per hoc Procerum ſuorum omnium animis a ſe alienatis, veneno tandem extingueretur? Sané ego ineptus, qui, quod vitium finem nullum nocendi habet, hoc orationis meæ anguſtijs complecti ſtudeo. *& Plutarc. vita Alex.*

ALIVD EXEMPLI LOCI communis in ſacrilegum, iuxta præſcriptos ab Aphthonio locos, cuius bona pars ex Priſciano deprompta eſt.

EXORDIVM.

IN omnes malaficos oportet animaduertere, maximè in eos qui contra Deum aliquid audent ſacra violando.

ALIA EXORDII Formula.

Quòd ſi vultis cũmittere Iudices, vt cæteri quoq; hoïes veſtra indulgẽtia peſſimi fiãt, ſacrilegũ impunitũ relinquite: ſin hoc non placet, ſupplicijs adficite.

ALIA PRINCIPII FORMA.

Qui in conſpectum veſtrum aductus eſt reus, videtur ſolus in periculum veniſſe, ſed vos quoque in diſcrimen præcipitamini. Iuris enim contemptio, & religionis violatio impunita relicta, deorum iram in hoïnes excitat.

Vt Dij placarentur, maiores nr̃i ceremonias inſtituerũt, aras cõdiderũt, tẽpla Dijs immortalibus vouerũt, hoſtijs do- *A contrario.*

na-

narijsq; exornarât, ac feſtis dieb⁹ redeũtibus celebrarunt: iſte autẽ vt Deos exacerbatos in capita noſtra inſtigaret. aras ſpoliauit, templa prophanauit, & omnia donaria crudeliter abſtulit.

Ab expoſitione. Et quid aliud animo reuoluit, quid aliud machinaĉ ſacrilegus, quàm Deũ irritãdo vniuerſæ ciuitati malũ accreſcere publicisq; ac priuatis rebus incommodare? Etenim ex ſacrilegio, & contemptu ſolet agrorum ſterilitas prouenire, omniumque rerum penuria: item ſeditiones, prælia, regionum deuaſtationes, vrbium excidia, atque peſtes.

A comparatione. Ex reliquorũ maleficijs tolerabilius malum videmus enaſci. Latrocinium ac furtum in paucos committuntur: ſtupratorum adulterorumque criminalijs ſolùm qui faciunt moleſta, & acerba fiunt, & eos maximé, quorum intereſt, excruciant; ſacrilegus autem omnibus ex æpuo plurimum incommodat, qui Tyrannis eſt ſimillimus, ſed tamen ex illis non omnibus, ſed peſſimis omnium. Illorum enim facimus eſt ſæuiſſimum, quo Dei immortalis donaria ſpoliant, ſacraſq; diuitias auferunt. Iniquiſſimum igitur eſſet, furem, vel iniurioſum adfici ſupplicio, ſacrilegum verò abſolui.

A ſententia. Sed quis ſuis vt prętẽdat flagitijs habere poteſt? iuit⁹ ad ſcelera nõ acceſſit, ſed cum mala ſẽper in eo mẽs, malus animus fuerit: nõ ſine multis, ſed impijs cõſilijs atq; conatibus fores tẽplorũ effregit.

git. Iã quali prædituũ animo cẽſeatis eũ, qui Deum immortalem quem oẽs creaturæ venerãtur ac adorant, contẽpſerit. imò diuina ſacraria prophanando exacerbauerit. Quod deſignare ſolent, qui Bomolochorũ peſſimi, nunquã laborib. honeſtis vt victũ acquirerẽt, operã impẽderũt, ſed per impias artes atq; ſacrilegia maluerunt ad diuitias peruenire.

Bomolochi.

Homines alij qui peccant, meleficij preſentis labẽ vitę prioris melius exactæ ſanctimonia vel excuſare, vel expugnare poſſunt; at qui tam horrenda crimina cõmittunt in Deum, ſatis oſtendunt ſeſe habere pectora, quæ ab ineunte ætate nulli pietati adſueuerunt, ſed aſſiduo criminum vſu tã contaminata ſint, vt ad meliorẽ frugem, ſi cupiant etiam, nequeant reduci. Lignũ enim tortũ haud vnquam fiet rectum: Et Difficile eſt reſiſtere conſuetudini, quia aſſimilatur naturæ: quam licet expelas furca, tamen vſque reccurret. Quare nihil iam aliud reſtare conſtat, quã dignum meritis ſupplicium, vt ſic arbor mala ſemel excidatur, nè malos fructus producere pdat.

A digreſsione cõiecturali. Imo natura potentiorem conſuetudinẽ aſſerit Q. Cur. lib. 5.

Vnde ſi cum maximo eiulatu ad pedes veſtros ſeſe abiecerit, nihil opploratione eius commoueamini oportet, nè crimen impunitum alijs ſimiliter peccandi feneſtram aperiat, & inconſulta miſericordia veſtra Dei iram in publicæ diſpendia calamitatis exacuat.

A miſericordiæ excluſione.

Quòd ſi leges volũt, vt q ſtatus homi- *A legitimo.*

num

num inquietant, pacemq; publicã interturbãt, puniant; quantò magis animaduertendum erit in eos, qui nobis immortalem Deum hoſtem faciunt, vt ei⁹ amicitia ſpogliati. funditus intereamus.

A iuſto Et quid magis æquũ eſſe poterit, quã Deum placare, religionem tueri, ædium que ſacrarum expillatores damnare, ac meritis ſupplicijs adficere.

Ab vtili. Quod ſi feceritis Deũ placatũ habebitis, & Rei publicæ ſtatũ lõgè trãquilliorẽ atq; proſperiorẽ. Etenim in ijs imperijs fęliciter oĩa ſolẽt ſuccedere: in q̃bus religio vera cõſeruata, ſcelera punita, & ante oĩa regnũ Dei fuerit q̃ſitum.

A poſſibili. Nec erit, qđ vindictæ veſtræ iuſtiſſimæ impedimẽto eſſe poſſit: neminem. n. iſte habet, cui⁹ patrocinio nitat; nec credo fore aliquẽ, q̃ tã ſit Dei contemptor, iſtũ è manibus veſtris vt cupiat eripere, ſed potius oẽs inſtabunt, & vrgebunt, vt reus omniũ ſuffragijs morti peſtinatus, meritas pœnas exoluat, nè ex eo conſeruato *κανῶμ πανήγυρις* impendeat.

Epilogus. Quid igitur moramini? quid ceſſatis in eo tellendo, qui iam pridem omnibus videtur eſſe damnatus?

ALIVD LOCI COMMVNIS exemplum, In contumacem, aut δύσκολομ.

EXORDIVM.

Contumacia. INter varia criminũ genera nõ infimũ eſt contumacia, atq; moroſitas, oĩum diſſidiorum vberrimus fons & origo.

Mo-

Motũ æqualitas amicitiæ vinculũ atq. glutinamentũ eſt, vnde natũ ꝓuerbiũ: æqualitas haud parit bellũ. Et obediẽtia vel ſola virtus eſt, q̃ menti cæteras virtutes inſerit, inſertaſq. cuſtodit. At moroſitas, & contumacia pertinax amicitię pacta reſcindunt, oẽmque cõcordiam è medio tollunt, vt Pythagoras rectè dixerit. Aequalitatem amicitiæ parentem, & altricem: contra, inæqualitatẽ, & diſcordiarũm, bellorumque matrem eſſe. *A contrario.* *Glutinamẽtum.*

Ab oĩ manſuetudine, & obediẽtia dyſcolus abhorrens, in aĩum induxit bene monentibus nunquã obtẽperare, neminemq. ad honeſta vocantẽ audire. Secũ igitur aſſiduò loquitur, atq. exequitur iſta: Ego ſatis ſapio, ſatis eſt iudicij, vt queã cũ alijs certare imò vincere: nolo alicui morẽ gerere, cum longè melius, quã alij nouerim, quæ conueniant ætati meæ: nec maximopere alienè ſapiẽ iam optatim: valeat monitorum odioſa prudentia, ego, qđ mihi viſum erit, aggrediar, præceptorib. cũ ſe feroces præſtiterint, oppedã, q̃ vetuere faciã, reiectis ẽt libris indulgebo genio, pergræcabor in dies, et mihi nomẽ inſigne cõparaturus, nocturno tẽpore veluti graſſator, aut ſicarius in plateis peruagabor, obuiã venientes laceſſam, atque proſternam, aut velut Achilles in fugã compellã, exclamabo etiã, vt Stentora vincere poſſim. *Ab expoſitione.*

...aut propria mercede canores.
Curetum ſonitus, crepitantiaque æra ſecutus.

Terua Mimallonis implebo cornua bombis,

Heccine digna sũt adoleſcẽtibus, exercitia? Melancholicorũ eſt ſtudijs impalleſcere, & demorſos ſapere vngues.

A comparatione Graue crimẽ eſt ambitio, ſed multò grauius obſtinatio, & ꝑtinacia procax, quã ἀρθάδειαν appellant. Illud ſubtile malũ, & ſecretũ virus, & occulta peſtis inflãs ſolos cupidos, quorũ aĩos inuaſit. At homo contumax, in peruerſa rõne ꝑſiſtẽs, exẽplo peſſimo multis ẽ alijs, quos veluti cõtagione viroſa corũpit, et ad ſeditionẽ Reip. perniciẽ inſtituit, atque trahit.

A ſententia. Nihil habet contumax, qđ inflexibili menti ꝑtexat. Facile, ſi vellet, bene monẽtes audire poſſet, ſed ꝑuicax, & obſtinatus anim⁹ reluctatur, ac velut aſinus calcitroſus reuerberat. Cæterũ, vt ἀφθαρχία μητὴρ τῶν εὐπραξίας, ſic inobediẽtię crimen, & pertinaciæ ſcelus omnium in Repub. peruerſitatum origo.

A digreſsione cõie &urali. Pręſẽtis criminis pęna remitti poſſet. ſi nõ turpẽ ex vita præterita labẽ, adeoque ἕξιν cõtraxiſſet, nec vitium ex praua conſuetudine versũ eſſet in naturam, ex cuius genuina malitia nihil, niſi ꝙ Reipub. peſtilentiſſimum, poteſt enaſci.

A miſericordia excluſione. Quis iudicij, tã peruerſi vir eſſe poterit, qui rubo (qđ aiunt) are facto rigidiores, atq; pręfractiores a meritis pęnis liberatos velit, id effecturus, vt oĩs bene monentium, ac grauiũ virorũ authoritas in ſummũ adducatur diſcrimen?

A iuſto. Qđ ſi non in facta modò, ſed in voces

etiam

Digitized by Google

etiam petulantiores olim publicè vindicatum eſt, vt C. Fundānus, & Tyberius Sēpronius Aediles, Appij cęci filiæ mulctam ob inciuilia verba dumtaxat dixerint, vt Gel. l. 10. c. 7. quanto æquius erit conſtringere os infræne, & coercere peſtiferam ribellandi libidinem eius, qui reſponſator teterrimus oblatratione, factoque ſuo ſcelerato omnia ciuilitatis, atque pietatis officia tollit.

Quod ſi veſtrū nonnulli iudicauerint vitium contumaciæ non capitale crimē eſſe, arguerint igitur leges iubere, ac maior pœna ſit, quàm culpa, Officiorum 3. Non petam, vt in rem exempla crudelia nimis edatis, ſed per *νουθεσίαν*, aut *μεpίαν*, occurſu vitijs, ita puniatis, vt accepto malo reſipiſcat, peccandique licentiam cohibeat, atque compeſcat. *A legitimo*

Ad crimina leuiora etiam nihil cōniuere, ſed aliquando ad viuum reſecare, quantum in Republ. bonæ frugis afferat, vel cæco manifeſtum eſt. *Ab vtili.*

Res ardua non erit, de præſenti reo iudicium, cenſuramque facere ſola ſufficit authoritas veſtra, qui nullis in hoc negotio perficiendo copijs auxiliarijs opus habituri eſtis, cū vel ſolo nutu confundere poſſitis, cumque nemo ſit, qui cupiat illi ſubuenire. *A poſſibili.*

Si p̄ſentis peccati ſcelus reliqueritis impunitum, multos habebitis ad idem flagitium alacriores factos, quos adhuc expectatio iudicij veſtri remoratur. *Ab euentu.*

ALIVD COMMVNIS LOCI exemplum, in auarum, cuius exordium.

VEriùs dictum eſt, Iudices, aurũ, niſi cum moriatur, nihil rectè facere. Quod, vel ſolum vobis perſuadere, poterit, vt hũc hominem, ipſam auaritiam, ſi non capitali pęna adficere, ſaltem extra patriam aliquo, vnde ad nos, vel contagio, vel hominis fama non poſſit accedere, ſtatuatis ablegare.

A contrario. Admodũ bene, ac prudenter olim Romani ſapientes inſtituerunt, vt in Aegei maris inſulam Gyaros noxij deportarẽtur, nè laceſſerent, ac diuexarent innocẽtes, pauperum ſudores, atque ſanguinẽ hauriendo. Cõtra, vos perperam, ac imprudenter feceritis, ſi hunc reum in patria relinqueritis, & non potius hominẽ peſtiferum, & iniurium ex hominum communitate exterminaueritis, nè eius præſentia pernicioſa miſeri ciues non modò violentur, ſed etiam perdantur. Vniuerſum enim mortalium genus deuorare, & omnibus, vt ſibi ſolis proſit, eſſe maximo detrimento ſolẽt auari, per omne genus iniuriarum ſuos explendo loculos, alienos expilando.

Deuoraturis inquit Quint. li. 6. c. 8. cuius patrimoniũ conſumitur.

Ab expoſitione. Cuius rei gratia ſecum animo reuolucre ſolitos: Quorſum virtutes? quorſum probitas? quę laudatur quidẽ, ſed alget, vnicũ ergo pecuniæ ſtudiũ amplectar. Hæc rerum omnium Regina, donat formam, nobilitatem, vxorem locupletem.

Huic

Huic obediũt oĩa, hac vel boni capiunt. In precio preciũ nunc eſt, dat cenſus honores, q̃ diuitijs parant. Has igitur conſecutus ego, oĩbus, (qui nunc quæſtus vberrimus) aſſentabor, defraudabo, terminos proximi transferã, furabor, rapiã nihil vel Deos, vel homines curaturus.

Luxurioſa quidẽ res eſt vinũ, & tumultuoſa ebrietas, ſed longe nocẽtior auaritia furit, qua nihil ſceleſti⁹ eſſe rex ſapiẽtiſs. Salomon aſſerit. Et quò liberalitas gratior, oĩumq; ſtudioſorũ encomijs celebratur, atq. laudatur magis, tãto deteſtabilior auarus eſt, qui non amicis, non patriæ, nõ reliquis omnibus, ſed ſibi ſoli natus, qua hominis portentũ viuit, ſe ſolum paſcit, & horrendum dictu nunquam ſatiatur, quẽadmodum infernus, & perditio non replentur. Prouerb. 18. *A cõparatione.*

Ebrius poſt factũ agnoſcit delictũ, ac penitentiã agit: homicida in furoris vim ac irã transfert crimen, & factis maleficiũ aſſignat. Et vterq. nõ ſemper, ſed rarò caſu, & quodã, & inuiti peccant. At auarus nihil hẽt, quo noxium repugnet animũ, cũ auaritia penitus inſita promanet in venas, & in imis pectoribus inhæreat, vt auelli non poſſit, nullũ relinquẽs penitentię locum, nullam de hominum genere benemerendi facultatem. *A ſententia.*

Præteritæ vitæ ſanctitas alijs ſępe reis nõ vulgarẽ, apud iudices ęquos beneuolentiã conciliat: verum ſi totã huius rei vitã adamuſſim excuſſeritis, ipſiſſimã inuenietis *A coniectura li digreſſione.*

uenietis αὐγείου βουστασίαν monſtrũ, nõ vna graui correptione, vel ſupplicio dignũ.

A miſericordia excluſione, atque iuſto. Quare neminẽ arbitror fore, tã ſtolidum, quẽ huius rei miſereſcat. Familiã, quam ſui ſimillimã habet, ad pedes fortaſſe veſtros prouoluturũ videbitis, ſed vos legũ, & iuſtitiæ ratio magis permoueat, quam iniqua ſcelatorum hominum hypocriſis, & ipſiſſimę Cocodrilli lachrymæ.

A legitimo. Dum leges, & Reipublicæ gratia cõſeruandæ iubeãt inſontes animaduertere, non illegitimum fuerit, imò iuſtiſſimum, acriter hunc reum a vobis caſtigari, vel procul ablogari, cum nihil eo ſceleſtius, vt dixi, reperiatur.

Ab honeſto e poſſibili. Quo facto, nihil officio veſtro digni⁹ effeceritis. Nec quod iudicium veſtrum poſſit remorari, videõ: nam modò volueritis, dictum ac factum reddetis.

Ab vtili. Duplicẽ inde Reipublicæ commoditatem promanaturam experiemini. Primũ Iudices integri, teterrima peſte Rẽpublicã liberaſſe prædicabimini. Deinde prudenter effeciſſe, vt præſentis rei ſupplicio deterriti reliqui, ad cõſimile maleficium non facilè ſint acceſſuri.

Plura dicere non arbitror operæ precium, cùm ipſi ſatis intelligatis, non leuibus pœnis afficiendum auarum, cum eo nihil ſit in Republica peſtilentius, atq; magis pernicioſum.

Cap.

CAP. 8. DE LAVDE *qua ἐγκώμιον grecę dicitur.*

Laus eſt Oratio, bona alicuiꝰ enumerãs. *propria eſt laudis res amplificare, & ornare, Quint. lib 3. c.7.*

Laudandæ verò ſunt
- Perſonæ, vt Thucydides, vt Demoſthenes.
- Res, vt iuſtitia, aut tẽpantia
- Tempora, vt ver, æſtas.
- Loci, vt portus, horti.
- Ratione carentia animalia, aut equus, aut bos.
- Plantæ, vt vitis, aut oliua.

Laudamus verò, & cõmuniter, & ſingulatim. Cõiter, vt omnes ſimul Athenienſes. Singulatim, vt Athenieẽſem vnũ aliquem Hæc veró diuiſio eſt laudis.

Diſpones autem ipſam hoc pacto:

Primũ proœmiũ ꝓ qualitate rei pones.

Deinde ſubijcies genus ꝙ diuiditur in
- Gentem,
- Patriam,
- Maiores,
- Patres,

Poſt educationẽ explicabis, quæ continentur
- Inſtitutione,
- Arte,
- Legibus.

Hinc ſubdes præcipuum laudũ omnium caput, res geſtas, quas diuides in ea quæ ſunt.
- Animi vt q̃ fortitudinis ſũt, q̃ prudentiæ.
- Corporis, vt pulchritudinem, velocitatem, robur.
- Fortunę, vt prĩcipatum, potentiam, diuitias, amicos.

Tiaparationis exercitatio duplicat materiam et virtutum vitiorūq; nō tātum naturā ſed & modū tractat Q. l. 2. cap. 4.

Addes deinde comparationem, qua id, quod laudatur, alteri collatum tollatur in maius. Poſtremò epilogo, qui per orationi ſimilior ſit, concludes.

EXEMPLVM IN THVCIDIDIS laudationem.

AEquū eſt eos, qui vtilia nobis adinuenere, ſuis ipſorum inuētis ornatè, laudib. proſequi, & quod ab illis eſt proditum, iiſdem quoque ceu auctorib. cum gratia reponere, acceptumque referre. Non igitur iniuria Thucydides oratione mihi celebrandus eſt, qui ipſis plurimū attulerit ornamenti. Oēs enim de aliqua humanarum rerum parte bene meritos decet venerari: Thucydidē vero eo magis, ꝙ pulcherrimo omnium illuſtrando, curā ſuam impendit. Neq; enim quicquam eloquentia pulchrius: Neque Thucydide quemquā bene dicendi gloria prçſtantiorem inuenire eſt.

A patria. Athenas inuentrices bonarum artium vocat Ci

Nactus autem Thucydides eā eſt patriam, quæ & vitam pariter ſibi, & eruditionem præberet. Neque enim in alio loco natus eſt, quám vnde omnis bene dicēdi ratio profluxit, originemque vitæ ſortitus Athenis.

A maiorib.

Reges generis ſui habuit auctores. Itaque ab vltima protinus origine, clariore malorū fortuna eſt illuſtratus. Vtraque ergo habens, & generis amplitudinē, et Ciuitatis ſtatum popularē, quò clarior

vtrin.

Digitized by Google

vtrinq; fieret, eſt ab vtroq; adiutus. Etenim nè ad iniuſtas opes potentiáq. delaberetur, æqualitate legũ ꝓhibitus eſt, neve ĩ obſcura reliqua plebs vtilitate ðlitesceret, fęlicitatis genere eſt conſecutus.

Talibus igit̃ procreatus parentibus, in Repub. Athenienſ. interq; leges educatur, quas cert é optimas eſſe vitæ magiſtras ĩ cõfeſſo eſt. Inter leges aũt, armaq. viuere inſtituẽs, eruditioni ſimul, atque rei militari operã dare decreuit, neque ſtudia armis deferens, neque arma, (vt præcipuam prudentiæ partẽ) relinquẽs vnoque conatu duarum diuerſarum artium curam habent; cõiungens ingenio pariter ea, quæ natura ſunt ſeparata. *Ab educatione.* *Leges vitæ optimæ magiſtras.*

Vt tandẽ ad virile peruenit robur, occaſionẽ q̃ſiuit proferẽdis eis, q̃ pulchræ fuerat in ætate meditatꝰ. Nec defuit caſus, bellumque protinus eſt ortũ, Ipſæq; res ab vniuerſa geſtas Græcia literis cõplexus, poſteritati mãdauit, conſeruator eorũ, & velut reſtaurator, quæ bellorũ deleuit iniuria. Nec paſſus eſt, qđ quiſq; geſſit, tẽporũ ſitu aboleri. Ex ipſo ergo cognoſcitur captã eſſe Plateã, ſcitur Atticã eſſe vaſtatã, tenetur Athenienſium claſſib. Peloppoñeſi oras eſſe nauigatas, certatũ eſſe nauali pręlio, apud Naupacton, non eſt nos Thucydides in paſſus latere. Lesbũ ab Athenienſib. eſſe captã, id quoque ab ipſo indicatur, cum Ambraciotis pugnatum eſſe hoc, & nè diuturnitas aboleret, effecit. Iudiciũ Lace- *A reb. geſtis.*

Digitized by Google

dæmoniorum non ignoratur. Sphacteria, & Pylos ingentes Athenienſium labores non latent Concionantur Corcyrei Athenis, Corinthij ipſis contradicūt. Aeginates, vt Athenienſes accuſent, Lacedæmona proficiſcuntur. Iam vero a belli conſilio Lacedæmonios Archidamus abſterrens, contra Steneleidas ad bellum ſuſcipiendum impellens. Adhuc pericles legationem Laconicam contēnens, neque paſſus deficere animo propter peſtilentiam Athenienſes. Cuncta hæc Thucydidis opera, ingenioque in omne æuum ab obliuione vindicantur. Quis autem Herodotum illi comparaTit? Ille enim ad voluptatem legentium ſcripſit hic omnia ex rebus ipſis, atque veritate depromſit. Quāto vero, quod ad alienam ſit gratiam, infra id eſt, quod fit ad veritatem, tanto poſt ſe Thucydides Herodotum relinquit.

A cōparatione Herodoti, et Thucididis comparatione pulcherrimam vide apud Q lib. 10 c. 1. Epil.

Erant alia quoque permulta, quæ de Thucydide dicerentur, niſi, quó minus omnia diceremus, laudum ſuarum nobis obſtaret multitudo.

ALIVD EXEMPLVM.

Laus ſapientiæ.

Procemium.

SApientiā adipiſci fælicitatis eſt: laudare aūt pro dignitate ipſum maius eſt; quem vt noſtris id viribus conſequi poſſimus. Tantum.n. illi ſuperat gloriæ, vt commune quoddam Deorū immortalium

talium bonũ eſſe credatur Cũ.n. Deorũ vnuſqſq; velut deſcriptã officij ſui tueatur partẽ, Iuno nuptijs pſit, bellis Mars cũ Pallade, Vulcanus inter ignes fabrileis ſuas exerceat parteis, ducat Neptunus nauigãtes, & qſq; aliud ali⁹ ſibi vẽdicet ſapiẽtiam in cõmune ſibi aſſerunt oẽs, præcipuè veró præ oĩbus Iupiter, quantó reliquis maior eſt, tãto omnium quoque ſapientiſſimus æſtimatur.

Vnaq; ſapiẽtia eſt, q̃ vel maximé æternã Ioui præſtat ptãtem. Et dij quidẽ natiuã ipsã cognatamq; ſibi habẽt, muncre aũt ipſorũ in terras quoq; delata eſt, & Deorũ filij ſapientia ſua maximã humanæ vitæ vtilitatẽ attulerunt. Quapp poetæ laudẽ merent, qui Palamedẽ, & Neſtorẽ, & ſi qs alius ſapiẽs olim fuiſſe canit, Deorũ fuiſſe filios tradiderũt. Nõ quidẽ illi vano cõmento Deorũ naturã, velut permutare conati, q̃ ne Dij quidẽ ipſi permutare poſſunt, ſed generis permixtione cõicationẽ indicãtes virtutis, vt q̃ diuina quadã cæteris admiratione præſtarent, Deorũ filij crederẽtur. Nec immerito illorũ in Deos referebant genus, quorũ ſapiẽtia maior, quã humana, originẽ videbatur adfirmare diuinam. *A genere.* *Vt Herculem, Minoa, Perſeũ & reliquos.*

Sola autẽ ipſa vtroq; rerũ ſtatu æquas habẽt rerũ vires. Nam reliquarũ alia bello ſolũ probantur, alia laudamus in pace. Sapientia vero præcipua eſt vtriuſque tẽporis moderatrix. Sic in bello verſat, tãquam prorſus artiũ pacis ignara, ſic *A ſapiẽtia effectis*

pacem continet, tanquã nunquã agitata ſtrepitu bellorũ. Deniq; tã aperte vtriq; ſeſe accõmodat, vt in vtro horũ æſtimes ei ſoli videatur eſſe dicata. Fert pacis tẽporib. leges, & oĩ tranquillitatis vtitur more: in bello vero victoriã præbet. Neque armis ſolũ ſuperiorẽ facit, ſed in cõcionib. quoq; præſtat inuictũ. Itaque & inter bellãtes, & inter pacatos ſola pcellit, primaſq. ſibi vendicat ſapientia. Sola quoq; diuinitatis proximè exprimit ſimilitudinem: ſola. n. velut Deus, futura pſpicit. Quin ipſa quoq; terrã agricolis attribuit: nauigãtibus aſſignauit mare, adeo non fruges colligere ſine ſapiẽtia; nõ nauim, niſi ſapiẽtis gubernatoris pſidio freti, aſcẽdere audiremus, Itaq; qcquid exhibet mare, qcquid hoĩum vſib. terra pfert, meritò ſapientię munus cũcta cenſentur. Nè cęlũ quidẽ, & ſi quid in ipſo latet, dimiſit in occulto, quãtum ſo is ſe porrigit ambitus, quod ſpatium ſtellarũ vnaquæq; circũſcribit, ipſa perueſtigauit. Deſpexit intra terras etiã, & quo pacto vita defuncti agem⁹, ipſa nobis aperuit. Troiam quã capere temporis diuturnitas non potuit, ſapientiæ æſtus ſubegit, & vni⁹ conſiliũ adepta, vniuerſam Perſarũ potentiã diſſoluit. Cyclopis oculus erutus eſt prudẽti. Vlyſſis inuẽto, ſicque quicquid eſt, quo quiſquam vincat, ab ipſa ſapientia deriuat.

A cõparatione. Quis ergo ipſi fortitudinẽ cõparaſſe velit cũ quicquid virib. fieri poſſit, ipſa ẽt ſapien-

ſapientia præſtet? Adeoq; ſi ipſam fortitudini ademerit, per ſe fortitudo culpanda videatur. *Epilogus.*

Erant & multa alia, quæ de ſapientia dicerentur, niſi maiora eſſent, quam quę poſſent modica oratione complecti.

Scholia.

LAus, &c. Alij laudationem vocant, hoc eſt, orationem bona exprimentem, quæ alicui inſunt, Εγκώμιον, Græcè appellatur, quod iuxta Aph honij ſententiam dictum eò, quòd ἐν κόμαις, id eſt in vijs antiquitus canebāt, Nam antiqui κῶμας, angiportus dicebant. Differt ab hymno, & Epæno, quòd hymn. Dei ſit, encomion verò mortalium: præterea Epænus paucis verbis fit, Encomion autem ſecundum Rhetoricæ artem profertur. Poſtremò cum in loco communi quoque laus ſit, hoc differunt, quòd in loco communi pro viro forti dicētes, eo conſilio dicimus, vt præmium petamus: Laus autē per ſe virtutis teſtimonium, vt ait Priſcianus.

Laudandæ ſunt, &c. Porrò p̄terita, inſtantiaq; atque adeo oīa, quæ nunc laudamus, nunc contra vituperamus, res ſunt oīs generis, quæ aut cerni tāgique, vt homo, equus, vrbs, flumen, aut aīo intellectuque cognoſci, atq; percipi poſſint, vt facta dictaque. Virtutum itē vitiorumque, tū artium varia genera, vt prudētia, iuſtitia, fortitudo, tēperantia, eloquētia, medicina, architectura, ſciē-

tia

tia rei militaris, aliaque id genus multa. Vitia aũt, quæ ſint, hinc cognoſci facile poſsũt, nẽpe iniuſtitia, luxuria, inuidia, &c. Ipſius aũt Dei laus (quanquã quid huic, aut nr̃a laude accedat, aut vitupe-rio adimatſ, nõ video) tota huc pertinet. Rerũ aũt, q̃ cerni, tãgiq; poſsũt, primas partes hoĩes tenẽt, qui cũ cæteris aĩantibus brutis rebuſq; mutis rõne, et ſermone, tũ multis alijs animi, naturæq; dotibus antecellãt, laudẽ imprimis ſibi vẽdicant. Laudamus igitur p̃cipué perſonas, vrbes, portus, loca, & his ſimilia, p̃clarè itẽ facta dictaq; q̃ cũ virtutib. coniuncta, atq; inde orta eſſe cõſtat. Iã & iuxta virtutes arteſque, aut in certis hoĩbus aut ſeorsũ ſuis ipſas laudib. exornamus.

Res, &c. Vt ad ingenij vires periclitãdas, artemq; oſtẽtandã Phauorinus laudauit quartanã febrim: Eum. n. conſtãtius valiturum, qui febri liberatus vires integras recuperauerit, laudauit etiam Therſitem. Cuius meminit. Gell. lib. 17. cap. 12. Et Politianus in Epiſtolis.

Loci, &c. Vt Baiæ, Tempe.

Portus, &c. Vt ĩ Liguria lunæ, vel Carthaginenſiũ. Cuius meminit Virgil. in 1. Itẽ laudari poterit Stoa porticus Athenienſ. Pœcile ex varietate picturæ dicta, in qua Zeno philoſoph. diſcipulos docebat, vnde & ſecta Stoica. Itẽ Aulis Beotiæ, cuius meminit Ouid. 12. Metamor.

Horti, &c. Vt Adonidis, q. prouerbio locum fecerunt. Item Heſperidũ, quot

amæ-

amæniſſimos in Aphrica fuiſſe memorant. Itẽ Senecæ prædiuites horti, vt ait Iuuenalis Satyr. 10. Item Alcinoi ſyluæ, quarum Virg. Georgicorũ 2. meminit.

Idem.

Adeſte Muſæ, maximi proles Iouis;
Laudes feraces prædicemus hortuli,
Hortus ſalubres corpori præbet cibos, &c.

Equus, &c. Equos laudare poterimus, vt Pollucis equũ Cyllarũ, & graij quorũ meminere poetæ, vt ait Virg. Georgic. 3. Itẽ Buceph. Alexand. de quo Gellius lib. 5. cap. 2. Item Solis equos, &c. *Bolpucher. 1*
Bos, &c. Virgil. in Georgicis.

Optima torua
Forma bouis, cui caput, cui plurima ceruix
Et crurum tenus a mento palearia pendent,
Tum longo nullus lateri modus, omnia magna,
Pes etiam, & camuris hirtæ ſub cornibus aures.

Vitis, &c. Vt Thaſiæ vites, sũt et Mareotides albę, vt ait Virg. Vide Pli. l. 14. c. 3.
Olea, &c. Quæ laudari poterit ab inuẽtrice Minerua, & ꝙ ſignũ fuerit pacis.

Vnde Virg. in 7.

Ad mœnia Regis.
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes.

Item: Braſſicam laudat Cato, maluã & Albucum Heſiodus.

Subijcies genus, &c. Sunt, qui hoc loci iubeant addenda eſſe ea, quæ natiuitatẽ vel miracula, vel ꝓdigia ꝑceſſerunt, vt ſi laudaturus Scipionẽ dicas in mr̃is cubiculo anguẽ viſum, vnde conceptus, et Iouis ille filius fuerit creditus, cui⁹ meminit Liu. lib. 6. belli Punici. Item in encomio

connio Hecubæ recēſeas finem, qua prędixerit iuxta eos incēdium, & excidium Troianum. Item, quid natis euenerit enumeres, vt Midæ formicas, apes Platonis, Val. lib. 1. cap. 6.

DE LAVDIBVS DVCTIS AB animi corporis, atque fortunæ bonis, ex Bucoldiano.

Laus hominis ex fortunis.

Hominis laudert. Aduertendũ, fortuna corporisq; bona non iõ laudari, q quis habuerit ea, ſed quod.

DE fortunis, quę externa bona ſunt ſubinde nobis eſt dicendum. Hæ autem quantæ ſint, quod numera prædia quo ſita in loco, quo tempore, ſiue dono data, ſiue ſuorum teſtamēto legata, parentibuſve relicta acceperit, emeritve, ex adiunctorum loco narrādum, locupletandumque erit. Deinde ex deſcriptionis loco ſitum prædiorum, atq; hortorũ ad flumina, ſeu fontes, & factas hic ad voluptatem ſtructuras pluribus, licet verbis depingas: quemadmodum Homerus Alcinoi hortos: & maximé ſi is, quem laudas: Princeps ſit, vrbeſq; in qua imperiũ habet, deſcribas. Quin & huius fortunas cum aliorum facultatib. conferendo, ex comparatorum loco miré locupletabitur oratio: oſtendendoq; aut genere, numero, fertilitateq; maiores amplioreſq; putando, aut ſitu ad flumina, ſeu fontes, rebuſque manu factis, atque ad voluptatem ſtructuris iucundiores amœnioreſq. Quod ſi vero eorũ,

quibus

quibus cũ noſtras conferimus, oĩum iudicio ampliſs. eſſe copias conſtiterit, partes oſtendiſſe cõtenti eſſe poſſumus. Spectandum etiam, atque cum materia deliberandum, ecqua & a diſſimili contrarijſque copia peti poſſit. A diſſimili hoc pacto: noſtra prædia eſſe agroſque ſuburbanos, vnde certus ferè quotãnis fructus redeat: illis non modo longius domo, ſed & aliena in ditione ſitos, iiſque expoſitos fluminibus, quæ ſæpius inundando ſata omnia obruant, atque conuellant. A contrarijs, noſtros flumina; fonteſque irrigando agros vtilitatẽ adferre maximam: illis in ſata erumpẽdo, eademque conuellendo incommodum adducere ſummum, huic aquarum curſum prodeſſe, illis eundem ipſum obeſſe: huic voluptatem adferre, illis mœrorem triſtitiamque dare, huic, vel exorto bello omnem ex agris fructum redire, illis nullum, huius prædia vrbis horreũ alimentumque in hoſtes eſſe illorũ contra hoſtium in vrbem, his patriã defendi, illis oppugnari. Quod ſi vero principem laudandum ſuſcipias, potentiamq; eius, gentis ſuæ, vrbiumq. genere, & numero ꝑdices, quo res maior illuſtriorq; fuerit, hoc magis his ex locis extendas.

QVAE CORPORIS BONA IN homine ex locis amplificandi ratio ſit.

HActen⁹ de externis bonis ei⁹ quẽ laudamus, q̃ quidẽ pro perſonarum

rum varietate alia, atq; alia exiſtũt, quę perſequi, cũ infinitũ, tũ minus fructuoſum foret. Quare ad fontes ipſos ducere conſiliũ fuit vſumq; locorum in ijs quæ omnib. cõmunia ſunt, laudemq; merentur, monſtrare, vt horũ vſu cognito, pro cauſæ cõditione, quãtã quiſq; velit morã vbiq. facere in augẽdo poſſit. Corporis aũt bona eſſe diximus, ſtaturã, figurãq; corporis, valetudinẽ roburq; ipsã deniq. formã. Hæc quaquã leuiora sũt, ſuã tñ laudẽ merentur, certaq. interim animorũ indicia eſſe ſolẽt. Vnde Homerus cũ in Therſite garrulitatẽ, animiq; vitium nobis depingi vellet, neſcio quomodo non tã malefacta, quam corporis deformitatẽ vitãq; explicando vitioſiſſimum ipſum introduxerit. Idẽ ſtaturã grandiorẽ: roburq in principib. magnopere prædicat, vt qui Agamẽnoni ſtaturã magnam, cui maieſtas ineſſe regia tribuit, Vlyſſem, illo quidẽ minorẽ, ſed altiſſimis humeris, & pectore deſcribit, Iã verò Aiacem illũ nõ ambob. modò his, ſed cæteris Achiuis omnib. corporis ſtatura, & robore antecellentẽ introduxit. Nec noſter Homerus hanc in ſuis laudẽ neglexit, qui cũ, & in cęteris, tũ maximè in Ænea, & Turno pricipib. corporis bona laudat, Et Dareta cũ alta ſtatura, latiſſimiſq; humeris ꝙ certũ viriũ argumentũ eſſe ſolet, in ſingulare certamen produxiſſet, eius tñ antagoniſtã Entellum, vel ſenẽ, magnitudine corporis viribuſq adeo

Vide Quint. d. loco li. 7 c. 7.

adeo ſuperiorẽ facit, vt illum, non ſecus ac qui fruſtra vrbẽ. aut caſtellum oppugnet, hũc temerè infeliciterq; aggreſſũ dicat, Forma plus laudis meretur, pſertim in principib. viris grauitas oris, maieſtaſq. in vultu: hæc in primis põdus orationi authoritatemq; tribuit: tantũq; in aĩs Gallorũ hoſtiũ valuiſſe Tit. Liuius ſcripiũ reliquit, vt cũ vrbe capta auidi prædæ in principũ atria irruerẽt, cernerentq. hos cũ ornatu habituq. paulò humano auguſtiore, tũ maximè oris grauitate, atq; maieſtate venerãdos, domi ſedẽtes, ãte horũ ora, ſicuti Dei ſimulacra, velut venerabũdi cõſtiterint, nihilq. in hos ferro grauiꝰ facturi fuerĩt, niſi M. Papyrius Principũ vnꝰ prior, iã mouiſſet. Atq̃ & hinc augendi modũ, vsũq; locorũ explicemꝰ. Statutã, robur corporis, oriſq; decus q̃tũ ſit, vbi ab adiũctis latis expſſerimus, a cauſis, & euentis deinde dilatemꝰ. Fuiſſe huius maiores homines cũ inſigni ſtatura, & robore, tũ quadã modeſtia oriſq. grauitate præditos, ſẽperq. operã dediſſe hũc, vt vera natura ad ſui noĩs dignitatẽ amplitudinẽq; acceperit, certa viuẽdi rõne aleret proueheretque nulla, vt Venus, Bacchuſq. ĩmoderatior corporis vires vigorẽq; auferret Quare ea iã valetudine eſſe, vt nulla corporis ĩbecillitas obſit, quo minꝰ in reb. cũ grauitate agẽdis ſuo, amicorũ, & Reip. tẽpori ſeruiat. Quinetiã comparatione rem extẽdas, ſi cũ alijs ampliſſimis hominibus

Liuius Dec 1. cap. 5.

con-

conferas, oſtendaſque in hoc noſtro, aut ſimilitudinem, aut exceſſum eſſe, aut etiam diſſimilitudinem: ſi aut proceritate, ipſoque robore, & valetudine, aut ipſius vultus grauitate, & maieſtateque multis partibus ſit ſuperior.

QVAE RATIO ANIMI BONA ex locis amplificandi.

Idem Quint. l 3.c.7 Vita ſit aũt harum via vtilior ĩ quit. cũ materia deliberabimus, dũ ſciamus: gratiora eſſe audiẽtibus, quæ ſolus quis aut primus, aut certè cum paucis fecisſe dicetur

REſtant animi bona, quæ vt cuiuſq; propria ſunt, ita præ cæteris laudẽ mereri ſuo iure maximam ſolent. Hæc laudãdi duplex via eſt: aut enim ad ſua virtutum genera, vt ſupra viſum eſt, quæque referentur: ſua prudentiæ iuſtitiæ, fortitudini, & temperantia tribuendo facta: aut, quod non minus commodè fiet, temporum ſeruabitur ordo. Itaque dicendum, qui pueritiam adoleſcẽtiamque tranſegerit, quæ ſequutus ſtudia, quantumque in ijs, & quam breui ſit aſſequutus. Atque hic, ſi fortè inſigne ingenij ſpecimen indoliſq. haud vulgaris bonitas eluxerit, pluribus erit verbis extollendũ: quo videlicet tpe, quo in loco, apud quos, qua in re, alijſq. in genus additis circũſtantijs, quas adiũctorum locus ſuppeditat. Qđ ſi forte operæ pretiũ videatur, & hæc ipſa per plures ducendo locos plurimum extendas. Aetate aũt iã magis inualeſcente, ſi qua ſcripta honeſti ſui ſtudij, voluntatiſq. teſtimonia in lucem dedit, primũ qualia quantaq. ipſa ſint, narrandũ, quantuſq. inde ad plures fructus redeat. Quę hĩc ſeu doctorum,

ctorũ, ſeu multitudinis, ſeu vniuerſorũ de ijs teſtimonia iudiciaq, exiſtãt. Quæ vbi ex adiunctorũ teſtimoniorumq. loco, quẽ eundẽ eſſe diximus, proſequutus fueris, a cauſis ſubinge augebis, ꝙ a multis, magniq. nominis hoĩbus, ſiue rogatus, ſiue vltro iuuandi ſtudio ad ſcribẽdũ ſe contulerit. Ab euentis: non modo hoĩum de ſe expectationi rñdiſſe, ſed & viciſſe: nec in vna atq; altera, ſed in plurib. nationib. ipſius ſcripta legi, laudarique. Atq. hic eſt enarrãdum, quorũ expectatione maiora emiſerit, quibuſq. in prouincijs plurimũ probentur. Iã verò, & huius cũ probatis magnorũ autorũ ſcriptis cõferas. oſtendaſq. potiora multo, melioraq. hoĩum conſecuta eſſe iudicia: aut maximis ſummorũ autorum monumentis paria eſſe, atque iudicari. A diſſimili etiã amplifices: Si in ijs, quibuſcũ confers ſcriptis, diſſimilitudinem eſſe oſtendas: vt ſi Hippocr. & Galeni medicorum opera, cum Pauli, & Pomponij Iureconſultorum ſcriptis cõferas, illos rerũ naturaliũ, hos ciuiliũ ſcientiã tradidiſſe: illos de vita, hos de fortunis ſollicitis bene cõſuluiſſe, illos præcepta dediſſe nè morbus vincat, & æger moriatur, hos ne auarus triũphet, & ſuũ alteri eripiat, deniq; illos cauiſſe nè ipſa ꝑmatur é vita, hos, nè ſua cuique res iniuſtè auferatur. Hinc mirè Cicero nõ ſine delectatione corp⁹ orationis auxit diſſimilitudinẽ ſtudiorũ Murenę, et Sulpitij

pluri-

pluríb. verbis explicãdo. Hunc in modũ ſingula quidẽ tã domeſtica, q̃ publica facta, q̃ laudãda videbunt, ſeruato tp̃is ordine, enarrãda amplificandaq; erunt, qua rõne domi vixerit, liberoſq. educarit, ad q̃ ſtudia miſerit, liberaliterq; aluerit, quos ĩ viros, aut abierint, aut ſe euaſuros certã de ſe ſpẽ pr̃i, patriæq; p̃buerint. Quæ ſi pſequaris oĩa, ducaſque per locos, incrementũ res ipſa ſumet maximũ. Iã, & q̃d commodi ipſe, ſiue re operaq. ſiue cõſilio Reipub. p̃ſtiterit. Quale eſt, ſi dũ aliqñ, vt ſæpe, maximis de reb. bene Reip. conſulendũ fuit, inopſq. cõſilij multitudo ea facili momẽto ſequẽda putaſſet, q̃ probata Reip. ſtatũ euerſura penitus fuiſſent, hũc in concionem prodijſſe dicas, & prudenti orõne, q̃ ex his, aut illis inceptis commoda, mala ve Reip. impẽderent, edocuiſſe, eaq. ſuſcipiẽda pſuaſiſſe, q̃ cũ ſingulis tranquillitatẽ, vtilitatemq. tũ vniuerſis nomẽ, gloriamq. attulerunt. Atq. hæc aperienda, pluribuſq. verbis ex locis alijs, atq; alijs explicanda erũt, q̃ res ad ita conſulendũ animũ potiſſimum impulerit, q̃ ſi honeſta, vtiliſq; fuit, euenta votis reſpõdiſſe pulchrũ erit. Quanta autẽ gloria, emolumẽtaq; inde Reip. euenerint, quis itẽ ad conſultorẽ fructus honoſque ab vniuerſis viciſſim redierit, copioſè erit exponendũ. Poſtremò cõparationibus rẽ extendas cũ vrbis cõditoribus, aut munitoribus huius factum conferendo, &

aut

aut maius, aut ſimile, diſſimileq. oſtēdēdo. Illos vrbē quidē cōdidiſſe, hūc conditā prudentia ſua ab exitio cōſeruaſſe, illos partī fundamēta ieciſſe, partim mænia, turreſq. in hoſtes propugnacula non ſine sūmis oppidanorum impenſis laboribuſq. alt.⁹ eduxiſſe: hunc vnū ipſa modò ratione conſilioq. non mænia ſolum, vrbēq. ſed & fortunas omnium, vitāque ſeruaſſe. Quantū ēt ciues grati viciſſim poſtea huic honorem, gratiamq. habuerint, cū ijs conferas licet, quibus ob præclariſſima in Rēp. merita non ingrati extiterunt, doceaſq; aut maiora, aut paria huic contigiſſe oīa. Quòd ſi verò is, quē laudas, princeps ſit, exercitumq. duxit, præterquā quòd ex his locis omnibus, ab adiunctis quæ latè patent, paſſimque vſui sūt, a teſtimonijs, a cauſis, ab euētis ex cōparatione maiorū, minorū a ſimili a diſſimili, a cōtrarijs, copiā petas, etiam a deſcriptionis loco amplifices maximé, cum aut ſtratagemata genuſq. militū, & armorū, aut vrbes, quas cepit, regioneſque, & gētes, mores, aliaq; id genus ſuo quæq. loco deſcribas. Porró cū tpis ſeruādus ſit ordo, dāda eſt opera, vt leuiora, aut omittamus, aut paucis perſtringamus. Quę veró magna sūt, & prudēter, & iuſtè, & fortiter, modeſteq. facta, laudēq. in aīs hominū maximā merētur per plures ducenda locos, plurimūq. dilatāda erūt. Quæ autem laudari facta oporteat, horūq. numerū, perſonæ, quas laudan-

dandas ſuſcipies, ſecum adferent, in quibus ſingulis augendis, cognitis his locis, quantam ipſe voles, moram trahat.

VT EA EX LOCIS AVGENDA quæ poſt mortem acciderunt.

CVm igitur hunc in modum, quæ toto vitæ curſu rectè fecit, verbis extuleris, dilatauerisque, non negligendum quomodo exceſſit è viuis, & quæ vita iam defuncto, virtutis ergo magna acciderunt. Nam cum magnis viris, dū vita manet, laudemque ſequentibus, comes ſit inuidia, fit, vt morte iam ſublata, ereptiſque, quos nocitura ſequitur, ſeſe auertat, patiaturque mortuis, quē viuis noluit, ſuum honorem deferri. Quare ſi, et huic vita defuncto, vt tumba publice magnificentius ſit extructa, aut ſtatua erecta, aut denique quotannis ad ſempiternam huius memoriam, retumque ab ipſo guſtatum, aliquid ſtatis diebus fiat, quanta hęc ſint, quo tempore fiant, quo in loco, a quibus, quantis impenſis, quanto ſtudio, alijſque id genus explicatis circunſtantijs, quarū adiunctorum locus non admonet, copioſè erit exponendum. A cauſis item & hæc ſi voles, amplifices, quę ipſius in Remp. merita conſtet: cur tantum vel mortuo honorem conſtituerint. Ab euentis hic nihil ſumas, cum explicata ex adiūctorū loco cauſas ſuas præceſſerint, niſi ꝓpterea hæc defuncto cōtigiſſe dicas, vt, ſtatuto præclarè factis ſummo honore, plu-

plures ad imitandũ pellicerentur, expoſ-naſq. ea ita ex ſnĩa euenisse, pluresq; honoris p̃mio incitatos, ipſam virtutem ſequendo, nominis immortalitatẽ venari. Quin ẽt ex comparationis loco locupletari res põt maximé: ſi virtutis præmia, monumentaq; huic poſt mortem cõſtituta, cũ Regũ parentationibus funebribuſq; honorib. conferas, atq; oſtendas, ſtudio hoĩum vltro hæc præſtantiũ illos ſuperaſſe: rerũ aũt magnificentia æquaſſe. A diſſimili item, illis a regijs, regiaq; pecunia funebria magnificẽtia adornata, huic ab vniuerſo populo, ęreq; publico ſplẽdidé inſtructa: illis, q̃a Reges vixerũt, mortuiq; ſunt: huic, qđ patriæ cõſeruator extitit, mortuuſq. ſit, habitus eſt honos: illis, nè regiũ nomẽ leue in animis vulgi putarẽt: huic, nè ſua virtuti p̃mia deeſſe viderẽt. A contrarijs; Illos ſubditi maximè oderunt, hunc ſũi ſũmo honore pſequuti ſunt, illos noua cõſtituendo vectigalia, annonã, victũq; cõem aggrauaſſe agnoſcũt, hũc virtute, prudentiq; conſilio plurimũ leuaſſe intelligunt: illos, viuos Tyrannos execrati ſunt, hũc patriæ patrẽ conſeruatoremq; appellãtes, amplexi sũt. Illos poſt mortẽ vel ab alijs honorari æquè ferẽtes, quã rũ in ſua poſitũ ptãte impediuerũt, hũc cõtra vniuerſi æquali ſtudio ſũmis honorib vltro affecerũt. Quæ rõ ſit perſonas laudãdi, ab externis corporis, animique bonis atque adeo ab ijs, q̃ has tem-

Laus hominum ĩ tria tẽpora diuiditur, in tẽpus, qđ ante eos fuit quo ipſi vixerunt.

I pore

quod factũ coram eſt in ſecutum, Quint. li.3. c.7.

pore antecedunt, ſimul iuncta, & poſt inſecuta ſunt, oſtendimus. Antecedunt autem homines tempore, patria, parentes, cum ijs coniuncta ſunt, fortunæ, corporis, animiq; bona omnia, poſt autem inſecuta ſunt, habiti poſt mortem honores, præclaraq; de ijs hominum iudicia. Qua autem via ſingula ex locis copioſe inſtrui, augeriique poſſint vtcunq; aperuimus, non quidem ea commiſſio, ꝙ tantam copiam, quãquam paucis tẽ perſtrinxim⁹, in cuiuſuis h' minis laudẽ (quis enim finis?) temerè adducendam putemus, ſed vt monſtrato locorum vſu pro cauſæ conditione, quantam quiſq; inde velit copiam peteret. Neque enim hic cuiquam, quid fieri debeat, præſcribimus, ſed quid poſſit.

Eadem quæ laudandi, & vituperandi hominis ratio.

POrrò vituperandi quę rõ ſit, hinc facilè intelligi poteſt. Siqnidẽ idẽ ordo, eademq. per omnia via in vituperandis externis, corporis, animaq. malis erit ſequenda. Patriã igitur parenteſq. bonos, habuiſſe, atq. inde degeneraſſe, patrimoniumq. dilapidaſſe, tam vitiũ, dedecuſq. eſt, quã cui hæc mala obtigerunt. In corpore aũt ſi quæ ſit deformitas, vt in Therſite, ſuis erit verbis exagerãda, ſi nulla, forma, viribuſq. malè vsũ fuiſſe, odio, dedecoriq. erit magno. Ab animo autem profecta vitia, flagitiaq. ſeruato temporis ordine, niſi in ſua vitiorũ genera

Vt Catilina.

Hac in re idẽ Græci.

ra ſpargere quæq. mauis, perpetua oratione, quod in L. Piſone facit Cicero, erunt explicanda, atque exaggeranda. Quod ſi fortè, & iam vita defunctis aliquid accidit, quo turpitudo odiumque augeatur, non erit ſilentio prætermittēdum iuxta artem. Singula autem eadē ratione, qua ſuperiora ex locis augenda, amplificandaque erunt.

ptū, q in laudatione ſeruandū.

Poſtremo epilogum, &c. Sunt qui prætermittendum eſſe tradant vitæ modum, item mortis qualitatem, item quæ mortem ſint conſecuta, vt communem luctum honores, exequias, ſtatuas, ſepulturam magnificam.

Diſpoſitio laudis, tetractico, comprehenſa.

Principium ſequitur genus, vt gens, natio, patres.
Vita micans ſtudijs, legibus atque bonis.
Res geſtas animus, corpus fortuna miniſtrant.
Comparat in maius, votaque finis habet.

Thucydides, &c. Hic (vt ait Cicero de claris Oratoribus) erat Athenięſis sūmo loco natus, ſummuſq. vir, qui ad Olorū Tracię Regē, ceu ad progenitorē ſuum retulit nomē, affinē habuit Miltiadem, neceſſariū Cimonē, vt ait Marcellinus Græcus, & Plutarchus in Cimone. Hoc authore fuit, adeo delectatus Demoſthenes, vt eum octies tranſcripſerit.

Thucydides quātū delecta tus Demoſth. Offic. 1.

Athenis. &c. Cic. de Orator. lib. 1. Omnium doctrinarū inuētrices Athenas vocat, vbi omnis dicendi vis inuenta ſit, & exculta, & ad filiū ſcribens, ait vrbis au-

thoritatem eā eſſe, q̄ poſſit exēplis augere, &c. Quod aūt Attici ſint acutiores in cauſa aiunt eſſe tenue cęlum, quod qui craſſum habēt, craſſos cēteri, vt in libro de fato Cice. Porrò Athenēſis patriæ celebritas multū faciebat ad nomen illuſtrādum, vnde apud Cic. de Senectute, Seriphius Themiſtoclē non ſuæ, ſed patriæ gloria ſplendorē aſſecutū affirmabat. Et apud Romanos magnificū erat, et gentibus venerabile, ciuē Romanum fuiſſe. Vnde D. Paulus ſe Romanū eſſe dicebat, quam vrbem Tribunus maxima ſumma compararit. Actorum 22.

Id Ci. in ep. ad Brutū, & Quinti. li. 2. c. 20. Eloquentia, &c. Nihil, inq̄t, admirabiliꝰ, & magis populare, q̄ eloquētia. Hāc Cic. de orat. 3. vocat vnā de sūmis virtutib. & Claris oratoribus ingenij lumen.

Vitæ magiſtras, &c. Leges. n. conditas eſſe conſtat ad ſalutē ciuiū, ciuitatumq; incolumitatē, vitamq; hoīum, & quietam, & tranquillā, vt ait Cicer. 2. de leg.

Poſteritati mādauit, &c. Ideſt, memoriæ prodidit, idque lib. 8 quos ſcripſit de bello Peloponneſiaco, & Atheniēſium.

Platea Platæā, &c. Platæa, vel platęæ pluraliter, clariſſima fuit Bœotiæ ciuitas, quā Stephanus dictam, ait παρὰ τὴν πλάτην, hoc eſt, a remo. Statius lib. 7. Thebaid.

Nuntiat excubijs vigiles arſiſſe Plataas.

De bello Platęēſi Thucydides, l. 2. et 3. Et Plutarch. in vita Ariſtidis, & Cimon.

Attica. Atticā, &c. Ditio, vel regio fuit Attica in qua Athenę ciuitas Philoſophor. alūna,

na , vbi primus omnium regnauit Ce-
crops, vnde Athenienſes Cecropidæ, vt
infra patebit.

Pelopponeſi, &c. Peloponeſus Græciæ regio, alio nõie Achaia, alio, Pelaſgia di- *Pelo-*
cta. Vide Pli. lib. 4. c. 4. Nomen habet a *ponne-*
Pelope Rege, Hippodamiæ viro, Tãtali *ſus.*
filio, quaſi Pelopis inſul. Sita fuit inter
duo maria, Aegeũ, & Iouiũ, Platani fo-
lio ſimilis, De bello Peloponeſiaco Thu
cydides lib. 2. Plutarchus in Nicia.

Apud Naupactõ, &c. Naupactus Æ- *Nau-*
tholiæ, q̃ Acarnaniæ, Phocidi, & Locris *pectus.*
cõtigua ciuitas, nomẽ habẽs à nauiũ cõ-
paginatione, *ναυπηγέω*, nauĩ fabrico, *ναυ*
πηγὸς fabricator nauiũ. Meminit Man.
in Prou, Excubias agere in Naupacto,
cuius nauale præliũ apud Thucyd. li. 1.

Lesbios, &c. Celeberrima fuit Ægei *Lesbos.*
maris inſula ante Troadem. Vide Plin.
lib. 5. cap. 31. Athenienſes, duce Nicia,
receptos Lesbios mulctarũt, muros de-
moliti, naues, & agros ademerunt, de
qua re Thucydides lib. 2.

Ambracioris, &c. Ambracia vrbs Epi- *Am-*
ri fuit aſpero ſubiecta tumulo, vt ait Li *bracia.*
uius lib. 7. belli Macedonici. Huius ci
ues Ambraciotæ, quorum hiſtoriã Thu
cydides lib. 2. complexus eſt.

Indiciũ, &c. Huius meminit Thucydi
des li. 4. & 5. Aphthonius hẽt *δήκηλακε* *Spa-*
θαι μονίον ἐκ ἀγνοεῖται παράνομος, ideſt. *cteria.*
Lacedæmoniorũ ſentẽtia iniuſta ſcitur.
Spacteria, &c. *Σφάτομαι*, iugulo, macto

eſt, vnde Sphacteriam inſulam ab Hercleotarum mactatione dictam eſſe, Stephanus ait. Hiſtoriam Sphacterię, Thucydides habet lib. 4.

Pylos. Pylos, &c. Hæc fuit olim vrbs Neſtoris, à Neleo condita, vnde Ouidius:

Nos Pylon, antiqui Neleia Neſtoris arua.
Miſimus.

Diſtabat à Sparte ſtadia circiter quadraginta, in agro Meſſenio. Hanc olim Demoſthenis conſilio munitam, Lacedæmonij oppugnarunt. Meminit Thucydides loco citato.

Corcyra, Corinthiorũ fuit colõia, quã ij deduxerũt circa Olympiadẽ 18. Corcyræi, &c. Corcyra, ſm̃ Thucydidẽ, Peloponẽſi ciuitas fuit. Itẽ inſula, Alcinoi patria, Lucanus li. 2. Vela ferãtur in portus Corcyra, tuos. Huius ciues Corcyræi Athenis orationẽ habuerunt, qua cõtra Corinthios petebant auxilia, quib. cõpertis, et Corĩthij miſerũt Athenas Legatos, q Corcyręorũ orõnes refellerent. Vide primũ Thucydidis librum.

Aeginates, &c. αἰγινήτας alij vertunt Aeginenſes q. Atheniẽſes accuſaturi Lacedęmona pfecti fuerũt, vt ait Thucydides lib 4. Aeginã aũt Peloponneſo cõtra Atticã ciuitatẽ adiacentem aiunt, & inſulam Pyreo portui propinquam, ab Aegina Aſopi Bœotia Regis filia nomẽ trahẽs Ouidius, &c. Metamorphoſeos.

Oenopiam veteres appellauere, ſed ipſe.
AEacus Aeginam genitricis nomine dixit.

Archidã Rhe- Archidamus, &c. Hu⁹ meminit Thucydides li. 1. & 2. Hic fuit Orator, dict⁹

quaſi

quaſi prīceps populi. Fuit & rex Spartanorum, quem ciues mulctarū, quod exiguæ ſtaturæ fœminā vxorem duxiſſet, vt ait Plutarc. in vita Ageſilai. Et ab Archidamo Thucydides interrogatꝰ, vter ipſe an Pericles, lucta prę̈ſtaret: Rn̄dit, vbi luctando illū vicero, mox ille dicēdo, ſe cecidiſſe negat, idque ſpectatorib. perſuadet. Plutarchus in Politicis. *toris meminit Q. l.3.c.6*

Abſterrens, &c. Lacedæmonij bellū, propter ſocios Corinthios inurijs affectos, illaturi erant Athenienſibus, quod Archidamus diſſuaſit, affirmans eorum vires pares eſſe aduerſum Peloponenſes atq. finitimos: ſed aduerſus hoſtes procul habitantes eſſe omnino impares. Quare legatos Athenas mittendos eſſe, qui nomine ſociorum iniurias deprecarentur, atque pacem expoſcerent.

Steneleida, &c. Qui finita Archidami oratione apud Lacedæmonis verba fecit, adhortans eos, nè ſocios haberēt cōtēptui, nec vltionem differrent, ſed protinus arma ſumerent. Fuit autem vnus Ephororum: Hi apud Lacedæmonios erant Tribuni plebis, Regibus oppoſiti, ſicut apud Romanos Conſulibus. Vide Ciceronem tertio de Legibus.

Pericles, &c. Hic fuit Athenienſium Dux, Philoſophus, & Orator, diſcipulus Anaxagoræ. Vide Iuſtinum lib. 3. Valerium li. 8 c. 9 Quint. lib. 12. c. 2. *Pericles.*

Peſtilentiā &c. Atheniēſes bello, atq. morbo preſſi Lacedęmonijs erāt ceſſuri,

ſed oratione Pericles ad bene ſperãdum eos exhortatus eſt. Vide Thucydidem lib. 1. & 2.

Ad voluntatem, & Quintilian. lib. 10. c. 1. inquit: Hiſtoriarum multi ſcripſere præclare, ſed nemo dubitat, longè duos cæteris præferendos: quorũ diuerſa virtus, laudem eſt pæné parem conſecuta. Denſus & breuior, & ſemper inſtãs ſibi Thucydides, dulcis, & cãdidus, & effuſus Herodotus. Ille cõcitatis, hic remiſſis affectibus melior. Ille concionibus, hic ſermonibus. Ille vi, hic voluptate.

In ſapientia laudem.

Exordium ductũ a ſapientiæ prçſtantia, eamq. laudandi difficultatẽ. Eam Cicero Officiorũ 2. ſcientiam appellat rerum humanarum, atq. diuinarum. Vide Tuſculanarum Quçſtio. 4.

Adipiſci, &c. Sapientiam adeptum afferunt eum: qui cum vituperatur, non iraſcitur, & cum laudatur, non extollitur. Plato (vt ſcribit Laertius Diogenes) interrogatus, quomodo quis ſapiẽtiam adipiſceretur, reſpondit, ſi non expectarit, quç non euenire poſſunt, nec de prçteritis recordatus fuerit.

Iuno, &c. Cicero de Natura Deorũ 2. *Iuno.* dictã ait à iuuãdo; nuptijs præeſt, vnde pronuba. A parturientib. inuocatur, vñ Lucina. Apud veteres nihil aliud erat, q̃ aer. Vide Mac. de sũmo Scipionis, c. 17.

Mars,

Mars, &c Quem apud Thraces natum affirmarunt, hoc eſt apud bellicoſos, atque feroces homines. Cuius meminit Cicero de re militari. *Mars*

Pallade, &c. Hanc alio noĩe Bellonam vocabāt Lactant. l.1.c.21. Mineruam a minuendo, vel minando, ſecundũ Ciceronẽ. Palladã autem, q; haſtam vibret, ἀπό τ8 πάλλειν Nata aiũt è Iouis cerebro, de qua plura Macrob. Satur.c.17. *Pallas*

Vulcanus, &c. Cic. de nat. Deor. tertio ſcribit quatuor vulcanos fuiſſe. Quorũ primus Cęlo natus, Secũdus Nilo ꝓgenitus fertur, Opus dictus. Tertius Iouis, & Iunonis filius: q Lẽni fabricæ tradit̃ præfuiſſe de quo Aphthonius hoc loci vr̃ intelligere. Quartus Męnalio natus, q vulcanias prope Siciāli inſulas tenuit. *Vulcanus.*

Neptunus, &c. Vt portunus a portu, ſic Neptunus a nãdo paulum primis literis immutatis deriuatur. Saturni, & opis filius, qui & παλαιμων, inter Deos ab ethnicis celebratus Vide Ciceronem libro de natura Deorum 2. *Neptunus.*

Dij cognatã ſibi habẽt &c A dijs progenitã ſapientiã aſſerit Gellius autẽ lib. 13.c.8. ex Afranij ſententia, Sapientiam ſcribit. Vſus, & memoriæ filiã, quod vſu vitæ, multaque rerum experientia paretur prudentia. Vnde prouerbiũ Solonis nomine celebratum, γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος: quem ſic vertit; Quotidie addiſcens plurima, fio ſenex. *Sapientia vſus, & memoria filia.*

Palamedẽ, &c. Hic Naupli Regis Eu- *Palamedes*

bœæ filius erat, vnde Naupliades. Oui. in Ibin.

Naupliadaque modo ficto pro crimine pœnas
Morte lues, nec te non meruiſſe iuuet.

Deorum filius habitus, apud gentiles, ꝙ ingenio diuino preditus, ordinem aciei, & aliquot literarũ figuras inuenerit. Vide Plin. lib. 7. c. 56. Philoſtratum, lib. 4.

Neſto. Neſtorẽ, &c. Huius pr̃ Neleus, & mater Chloris legitur. Deorũ filius putat̃ ab ethnicis, pp eximiam prudentiam, & eloquentiã. Hunc Agamẽnon ſibi ſẽper adhibuit conſulẽ Cic. de Senectu. Dux Græciæ non optat, vt Aiaces ſimiles decem habeat, at vt Neſtores quinq. Homerus Iliados. ἀ τοῖσι δὲ Νέςωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητής.
τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Deorũ filios, &c. Vt Herculẽ, Aeſcul. Mercur. Aeneã, Achillẽ, Liberũ, Cæſar. Etenim gẽtilitas olim magnates, atque Reges Deos appellabat, ſiue ob miraculũ virtutis, ſiue ob prudentiã, ſiue ob beneficia quib. ẽt ad humanitatẽ cõpoſiti, ſiue ĩ adulationẽ. Vide Lactãt. l. 1. c. 15.

Deorum naturam permutare conati, &c.

Sunt q hunc locũ, ita reddũt ex Græco: Non illis Deorũ naturã attribuentes, ita enim verus Deus fuiſſent, communione generis cõmune bonum ſortiti, ſed quatenus id bonum ſibi compararunt Deorum filij exiſtimati ſunt apud gentes.

Vtriuſq; tpis, &c. Ideſt diuinum munus

nus, ac ꝓgenies ſapiētia principatū obtinet, et pacis, et belli tpibus. Nos exhorreſcere metu non ſinit, & hac pceptrice in tranquillitate rectè viuere poſſumus. Vide Cic. de finib. bonorū, & malorū.

Futura proſpicit, &c. Docet.n. ſapiētia nihil temerè, et pcipitanter agendū, ſed oīa conſultò, & pmeditato. Cuius propriū eſt, nihil, ꝙ pœnitere poſſit, facere, vt ait Cic. Tuſcul.q.5. Et non cōmittere, vt aliqn̄ dicendū ſit, nō putarā, vt inquit idē Cic. Offic.1. Val.l c.2 Porrò ſapiens aſſueſcit futuris malis, & q̄ alij diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Præcogitati. n. mali mollis ictus venit. Ideo ſtultis, fortunæ cedētibus, oīs videtur noua rerū inopinatu facies, vt ait Seneca ad Luciliū Epiſt.77.

Cœlum, &c. Ideſt, ſapientia nobis reuelauit, quæ ſunt in cœlis arcana, *τὰ ἀπόῤῥητα*, ineffabilia myſteria.

Vita defuncti, &c. Vt & Galli ſapiētes, qui perſuaſum habuerunt, & verè animas hominum immortales eſſe, ſoliti pecunias mutuas quę apud inferos redderentur dare. Valerius lib.2.c.1.

Actus ſapientiæ, &c. Ad modum immanis equi reſpexit, Virgil. in 2. Aeneid.

Inſtar montis equum diuina Palladis arte.
Aedificant, ſectaque intexunt abiete coſtas.

Et vnius cōſiliū, etc. Aphtho. ſic habet: *καὶ περσῶν ὅλην διέλυσεν δύναμιν διὲνος κυροῦσα βουλεύματος.* Rodolph. agricola pro *κυροῦσα* vr. leg ſſ. *κύρου*, Fuit quidē

ſapientiſſimus Perſarũ Rex Cyrus, qd dicere ſolit⁹, neminẽ debere principatũ ſuſcipere, niſi melior his, in quos acciperet. Is Aſtyage Medorũ Rege, auo materno victo, regnũ Perſicũ auxerat, non ademerat. Vide Iuſtinũ li. 1. Sunt igitur, qui hunc locũ referant ad Alexãdrum, qui legitur Perſas in fugam cõuertiſſe. Alij malunt ad Ariſtidẽ referre, ſub quo duce Perſæ victi eorumq; dux Mardon. Arimneſto Spartiata ſaxo caput ſaucius, vt ab Amphiarai oraculo ſibi prædictũ erat, occiditur, vt Plutar. in vitis refert.

Cyrus regnũ a Medis ad Perſas trãſtulit circa Olimp 56.

Cyclops

Cyclops, &c. Dictus ab vno, quẽ habuit in frõte occulto, quaſi circularis oculus, de quo apud Virg. in 3. Aeneid. l.

Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus.
Ceruicem inflexam poſuit, iacuitque per antrum
Immenſum, ſaniem eructans, ac fruſta cruento
Per ſomnum commixta mero, Nos magna precati
Numina, ſortitique vices, vna vndique circum
Funditur, & telo lumen terebramus acuto,
Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Propertius libro 4.

Ceſſit, & Aetneæ Neptunius incola rupis.
Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.

Vide Homerum 10 Odyſſ.

Fortitudo.

Fortitudo culpanda, &c. Sine ſapiẽtia, inquit, fortitudo non eſt fortitudo, ſed temeritas, propterea, quod fortitudo eſt cõtemptio laboris, & periculi cũ ratione vtilitatis, & compenſatione cõmodi: temeritas eſt, conſiderata dolorum perpeſſione, gladiatoria periculorum ſuſceptio, vt ait Cicero ad Herennium 4.

Temeritas.

Exem-

Exempla laudationis, & primò laus Demoſthenis,

QVi parentibus obſcuris nati ad decus præclarũ virtute propria aſcenderunt, nõ inferiorem laudem merentur, quam qui nobilitate maiorum ſuperbi ſe iactant. Maior enim eſt gloria, virtutibus proprijs niti, quam alienis intumeſcere. *Exordium.*

Demoſthenis quidẽ pater Demoſthenes fuit vir honeſtus, atque probus, ſed plebeius, ab officina gladiorũ Machæropęus appellatus, vix ſæculo ſuo notus, vt Valerius, inquit. Atqui filius ad ſummum decus euectus, omnibus maioribus ſuis præluxit. *A genere.*

Dijs ille aduerſis genitus, fatoque ſiniſtro,
Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus.
A carbone, & forcipibus, gladioſque paranto.
Incude, & luteo Vulcano, ac Rhetora miſit.

Vt ait Iuuenalis Satyra decima.

Sortitus fuit patriam, vbi inuentæ, & excultæ bonæ diſciplinæ. Vnde velut ex equo Troiano complures viri celeberrimi prodiderunt. *A patria.* *Demoſthenẽs legem orãdũ vocat. Quintil. 10. cap. 1.*

Maiores parum illuſtres habuit, ſed eos ipſos eloquentia, atque virtute ſua nobiliſſimos reddidit, oratorũ princeps æſtimatus.

Honeſtè fuit educat⁹, ac bonis diſciplinis inſtitutus, ſub oratore clariſs. Iſæo, et præceptore Platone, ad bonarum literarũ ſtudia inflãmat⁹ a Thraſio Eunomo. *Ab educatione.*

Inge-

Digitized by Google

A bonis animi. Ingenij ſpecimē ſub prima inuēta ſtatim emicuit. Vis in eo dicēdi mirabilis, et glorioſa Remp. tutata fuit. Nactus in Republ. materiā vberē, & honeſtā pro Græcorū libertate aduerſus Philippū, & in ea præclarè decertans, confeſtim nomen, & gloriā aſſecutus eſt, nec ſolū, vt diſertus, verum etiā, vt fortis vir ſuſpiciebatur, vt admiraretur ipſum Græcia, obſeruaret Perſarū Rex, plurimuſque apud Philippum ſermo eſſet, confiterentur aduerſarij ſibi aduerſus præclarum virum eſſe certamen.

In quē eius Philippica exiunt.

A bonis corporis; Humerorū iactatione quo ille emūdaverit, vide apud Q. li. 11. cap. 3.

Corporis quidē in eo fuit imbecillitas, q̃ ingenio, atq. doctrina cōpenſauit, atq. reſarſit. Etenim commemorato nomine Demoſthenis, maxima eloquentia conſummatio, audiētis aīo oriebatur. Lateris quidē firmitate defect⁹, quas corporis habitus vires negauerat, a labore mutuatus eſt. Qui cū rerū natura præliat⁹, & quidē victor abijt, malignitatē eius ptinaciſs. animi robore ſuperando. Itaq. altero Demoſthenē mater, alterū induſtria enixa fuit, vt ait Valer. Maximus.

A bonis fortuna, et a morte.

Aduerſus tutores ſuos puer: Adhuc pupillares actiones habuit

Patrimoniū abundans relictū erat, ſed id tutores malè adminiſtrauerant. Partē .n. ſurripuerant, partē neglexerant. Ipſe tñ ſatis opum ſtudio conſecutus, & ijs pſtantiora bona ſecū geſtabat, non humeris, nō oculis viſenda, ſed æſtimanda animo, quæ domicilio mentis incluſa, mortaliū, manibus labefactari nō queunt, & vt manentib. præſtó ſunt, ita fugientes

gientes non deſerunt, vt de Bia Valerius ſcribit.

Pro ſalute Reipub. vitam amiſit, vnde eius mortis diem omnium męſtiſſimam egerunt. & inter ſacra Cereris ieiunarũt mulieres. Populus item Athenienſis, honorem illi reddens, ſtatuam, vtque maximus natu ſui generis publicè ſtipẽdia haberet, decreuerunt.

Demoſthenes vt teſtatur Plut. in eius vita, & Q. li. 12. cap 6.

ALIVD EXEMPLVM IN LAVDEM Philippi Regis Macedonum.

EX Græcorum Regib. meo iudicio, nullus fuit, quem non Philippus Macedonum Rex, vel ingenij dexteritate, vel virtutum meritis exuperarit. *Exord.*

Patrem habuit Amyntã, ſummæ prudentiæ virum; patriam celeberrimam, atque regnum adeptus cẽtum, & quinquaginta populorum. Plinius lib. 4. *A genere, et patria*

Epaminũda ſtrenuiſſimo imperatore, & ſummo philoſopho vſus eſt pceptore, (Oroſius lib. 3. c. 12.) A quo, & bellicis artibus, & Philoſophiæ præceptis præmunitus ad regnum acceſſit. *Ab educatione.*

Theſſaliã domuit, Gręciã penè totam conſilijs præuẽtam viribus vicit, nec ita bellicis tumultib. præpeditꝰ, et victorijs affectꝰ, vt a liberali Muſa, et ſtudijs humanitatis abeſſet. Quĩ lepidé comiterq. pleraq; et fecit, et dixit, et egregia ĩgenij monumẽta reliquit. Argumẽto sũt Epiſtolæ, mũditiæ, venuſtatis, & prudẽtiæ pleniſ- *A rebus geſtis.*

pleniſſimæ, velut ille quibus Ariſtotele natum ſibi filium, & ab eodē inſtituendum denuntiauit. Quibus omnibus ea, quæ fortaſſe iuuenili ter patraſſe criminari poſſet, abunde ſatis deleuit.

Ab animi bonis. Clemētia ſingularis in eo fuit ac benignitas in victos: vnde quibuſdā ipſi conſulentib. vt cum Athenienſib. aſperius ageret, rñdit illos abſurde facere, qui homini, cuncta ad gloriā ſuā agenti, tum patienti ſuaderēt, vt gloriæ ſuæ theatrū abijceret, ſignificās ſeſe hoc agere, nō vt Athenas euerteret, ſed vt ciuitati celeberrimę doctiſſ. virorum copia florenti, ſuas virtutes probaret. Itē: Quidā petulātioris linguæ maledicta conijcere ſolebat in Philippū, hūc amici hortabant vt eijceret in exilium. At ille negauit ſe hoc facturum, demirātibus quid ita, né inquit, oberrans inter plures malé de me loquat. Quòd maledicū nō egit in crucem, vel clementiæ erat: q̃ ignouit, vel magnanimitati: q̃ contempſit, quód noluit expellere, prudentiæ: plus enim nocuiſſet. Vide Diodorum Siculum, lib 1.

A cōparatione. Quis autem Hannibalem Carthaginenſium ducem Philippo cenſuerit cōparādum? Ille multa quidem geſſit, ſed pleraque perfidioſè ac crudeliter, hic omnia ſapienter ac cum animi ſumma moderatione.

Longè plura de tanto Imperat. dicēda eſſent, ſed finē facio, contēplans meā dicendi facultatē longè inferiorē eſſe, quā

vt

Digitized by Google

vt tãtis Philippi virtutib. par eſſe poſſit.

ALIVD EXEMPLVM IN Eloquentiæ Encomion.

CVm, autore Gellio, turpius ſit frigidè laudare, quam inſectanter vituperare, metuo nè non encomio eloquentiæ minus aptum ego dicturus, ingenij magis inopiam proditurus ſim, quam dignis illam laudibus euecturus. Attamen ſi libet principium conſiderare, reperimus eã honeſtiſſima productã origine, optimiſq. rationibus profectã. *Exord.* *A genere.* *Quint. li. 1. c. 10 de eloquẽtiæ aũt præſtãtia vide ad eũdem li. 7. c. 16.*

Quæ cũ vna ſit de ſummis virtutibus, vt ait Cicero, nemini dubiũ eſſe debet, quin ab illo, qui fons omniũ virtutũ eſt, & origo profecta ſit, nempe a Deo Opt. Max. cuius, vt ſacra ſcriptura meminit, dona ſunt linguarum genera, omneſq. ſapientiarum ac ſcientiarum ſermones, ex quo, per quam, & in quo ſunt omnia. *Ab ijs quas perficit reb.*

Cælitus igitur demiſſa admirabilem in rebus humanis potentiam recipit, & incredibilem efficaciam, facultatemq; accendendi mentes ad honeſtatem, animos ad gloriam, Adflictos conſolatur, perterritos timore vacuos reddit, ſeditiones compeſcit, feros, & agreſtes homines ad humanitatem deducit. Vnde poetæ Orphea & Amphiona finxerunt demulſiſſe feras, & cum arboribus montes traxiſſe, ait enim Horatius.

Agreſtes homines ſacer interpreſque Deorum.
Cædibus & fædo victu deterruit Orpheus;
Dictus ob id lenire feras rapidoſque Leones.

Dictus

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis.
Saxa mouere ſono teſtudinis &c.

Occupato. *Hac de re vberrime apud Quint. dic. c. 16. libro 2.* Sed inquis, Eloquentia ſceleſtos pœnis eripit, falſis veritatem expugnat, ſtatus Reipub. euertit, vt bono iure Lacedemonij rhetores videntur expuliſſe.

Redditio. Eſto, ſed eadem rōne omnes bonę artes, omneis magiſtratus, cū vtrinque aliquādo proueniāt mala, poſſent expelli. Itē è medio tolli ignis & acqua, vñ ſæpe numerò maxima oriūtur diſpēdia: atq; bonæ res malæ non ſunt, ſi bene vtamur.

Cōparatio. Quis eloquentiæ ꝑtulerit liberalitatē: hæc paucis poterit prodeſſe: illa ſuas in oīum mortaliū ſalutem vires extendit.

Epilogus. Rerū magnitudine deterritus finē facio, etenim maximis eloquentię laudib. vix vllius dicendi facultas reſponderit.

ENCOMIVM N. ACADEMIAE.

A dicendi officio. INgratiſſim⁹ oīum haberi meritó poſſē, ſi cōcionis hui⁹ hodiernæ autoribus, nēpe is quibus me ipſum debeo, non in præſentiarū morē gererē, in dicendis, quem ſcopum huius orationis eſſe voluerūt, beneficiorū laudibus, atque ſummis in nos omnes meritis. Rationis oīs expers volatile Ciconiam, nouimus oēs officij mutuā rependere vicem ſolere, vt hinc ἀντιπελαργεῖν, natum ſit ꝓuerbiū. Quanto æquius ac iuſtius nos, qui rōne ducimur, gratiā nobis benefaciētibus, ſi propter culpā fortunę iniquioris nō parem,

rem,

rem, referre potuerimus, in aliquã ſcribendo ſaltem, bene ſentiendo, atq. aſſiduis illos extollẽdo laudibus, & habere & agere nõ detractauerimus. Cum aũt Academia N. velut mater omniũ noſtra cõis benigniſſima, nos tanquã alumnos ſuos & chariſſima pignora ſinu blãdiore foueat, nos bonis literis inſtituat, nos probatis moribus exornet, nos denique maximis honorib. afficiat, quis vel pietatis vllo tãgi confirmẽt illũ affectus, qui rogatus: aut iuſſus, parentẽ tam officioſã pro virili ſua nolit, vt ingratitudinis moroſę fili⁹, ad ſidera ferre? Hęc cũ ipſi vos optimè teneatis meditata, nihil oĩno dubitandum erit mihi quin iã ſilentiũ pollicentes, vos omnes ornatiſſimi atque ijdem integerrimi, viri ac ſtudioſa iuuentus, me patienter ſitis audituri.

Iniũctũ eſt mihi Academiæ noſtræ N. Encomiõ dicere. Imprimis aũt gaudendum, ac lætandum mihi video, partim ꝙ vos ad audiendum tam auidos contempler: vos omnes tam attentos, quam prudens ego, quã hæſitans ego quã tremebundus ego, primũ huc aſcendi, nũc aũt veſtro, quo me omnes ꝓſequimini, fauore, atq hilaritatis aſpectu lõgè redditus alacrior: partim, qđ tali oblata ſit dicendi materies, in qua ẽt erudito parũ hoc eſt, mei ſimillimo literaturæ leuioris homũcioni, nõ deeſſe poſſit oratio: vt lõgè difficilior videatur exitus inuẽtio, quã princip j, nimirũ vt non tam copia mihi

Ab auditorũ attẽtione, & argumenti fragilitate.

mihi, quàm modus in dicendo quærendus exiſtat.

Ab authorib. ac fundatoribus Academia.

Nam ſi protinus ab initio ipſos gymnaſij nři celeberrimi authores ac patronos conſideres, ac perpendas, ſiue D.O.M. cuius cæleſti prouidentia, ac diuino nutu, inſtituuntur, eriguntur, ac gubernãtur vniuerſa, quæ in terris ſunt, ſiue illuſtriſs. noſtrũ N. Principem: ſtatim tibi tã inundãs verborũ, ac rerũ flumen occurret, vt te magis obrutũ copia, q̃ inopia preſſum iri fatearis. Quid? (vt illum ἀνεκφρασ̃ον, ἀνεξερεύνητον ἀνεξιχνίαστον, qui extra oẽm eloquentiæ cælestis, ne dũ terreſtris, aleam eſt poſitus, cuius gloriæ nullum principium, nullus finis exiſtit (D.O.M. prætereã) vel ſolæ huius terreni numinis, quo Domino ac fundatore noſtra Academia merito gaudet, iubilat, & exultat, Principis Illuſtriſſimi dotes, tantam dicendi copiã effundunt, vt ſpiritus dicturi citius defecerit, q̃ increſcentis beneficio rerũ orõnis curſus.

Ab illuſtri principis N. genere factis atque virtutibus.

Quid .n. memorẽ tot antiquiſſima ſtẽmata, tot maiorũ imagines, tot belli clariſſima facinora, atq. parta trophæa?

Quid tãtam vitæ integritatẽ, clementiã, tantã prudentiam, tãtam pietatis ac veræ religionis ſtudiũ. Quid deniq; innumerabilia alia, quæ oĩa ac ſingula, tã ſplendida, tã lucida, tã illuſtria ſunt, vt ſi alienæ claritatis polities, ac nitor fuerĩt adiũcta, plus oſcuritatis ſint allatura quã lucis. Ideoq. tam fertilia, tã copio-

Digitized by Google

ſa prædicatu omnia, vt centum linguas, imò centena principium eloquētiæ millia fatigare poſſent.

Quis. n. vt alia tranſeam oīa, quis in- quā, vel Neſtore, vel ipſo pericle facundior, eloquentia digna ſatis expreſſerit. quāta diſciplinę militaris arte cōtuderit horridos Sichīgiani terroris īſult⁹? quāto priſtinū ī regni ſtatum ſuo reſtituerit ducē N. quanto pectore cōpeſcuerit ſeditioſos rusticorū tumultis, quāto deniq; ſpiritu vicerit Deus N. patrē, & filium? *A diſciplina militari.*

Quare digna ſatis laudatu, ſatis glorioſa N. Academia videret, ſi vel ſolū tot, & tātis fundatoris ſui decorib. & ornamētis cōſpicua floreret. Sed vt vniuerſitatis nſæ amplitudo fiat admirabilior. *Ab alijs academiæ ꝑfidibus atque Mecœnatib.*

Accedunt cōplures, quos oēs enumerare longū eſſet, natalium claritate, facultatū laureis, ac virtutū meritis præſtantiſſimi patroni, quorū facundiora plurimū apud exteras nationes ꝓmouit, quorū grauitatis excellētiam ꝓtexit dignitatis deniq; tituli protulerūt, & exornauerunt Academiæ nrę pomœria. Quib. oībus robuſtiſſimis veluti colūnis ſuffulta, quibus velut tutelarib. diuis Academia N. vndiq; circummunita, quid vlterius excogitare poterit, quod origini ſuæ, & fortunarum primitijs, vel ſplendidus, vel excellentius adijcere poſſit?

Iā ſi tēpora, quibus inſtituta fuit, a primo diligenter excuſſeris, inuenies profectò Saturni ſęculis nō infęliciora, qui- bus *A tēporis oppertunitate.*

bus bonæ artes atque virtutes, vbiq. gẽtiũ antea proculcatę, capita ſua feliciter exercuerit, quib. homines nullis inquietati bellis, nullis inteſtinis ſeditionib. inſauciati, nullis hęreſibus effaſcinati, nullis deniq. prælis funeſtati, ſed velut optimis fortunatiſſimi fores pulſantis æui auſpicijs. Atqui ſi qua tum priſcæ veſtigia fraudis remanere, aut malorum lerna videbatur impendere; ea ſtatim omnia ab Illuſtriſs. Principe noſtris procul a finibus propulſata fuere.

A qua ſit a loci commoditate. Quòd ſi locũ, vbi N. vniuerſitas erecta, perſcrutatus fueris, vix vllũ profecto reperies vel amęniorẽ, vel commodiorem. Vbi tot vetuſtis antiquiſſimorum ędificiorum ſtructuris veneranda; prudentiſſimorum incorrupto Senatorum ordine conſpicienda, florentiſſimo ſimul ac honeſtiſſimo rerum priuatarũ ac publicarũ ſtatu nobiliſſima marmoreis quaſi lapidib. exciſa deuenuſtat, & aqua fontana, tot fiſtulis ac ſyphunculis iã recenter artificio mirabili factis, emiſſa, & murmure blanditore delectat, & aſpectu pulchriore totum locũ exornat.

A contradictione. Verũ, vt occaſio reprędendẽdi ſemper eſt obuia, ſi quis calumnietur ipsã vrbẽ plus æquo fragilib. cinctã eſſe muris, reſponderi poterit, ꝙ olim Ageſilaus ille, Lacedęmoniorũ Rex, percõtãti, quã ob cãm Sparta nõ cingeretur muris, reſpõſũ voluit oſtendendo ciues armatos, inquiẽs. Hi sũt Spartanę Ciuitatis męnia,

quo

Digitized by Google

quo ſignificauit Reſp. nullis munimẽtis nullis vallorũ ꝓpugnaculis tutiores eſſe, quã ciuiũ virtutibus. Hęc vrbs ergo tutiſſima ẽ ac firmiſſima, tot ſtudioſorũ tot fortiſſimorũ ciuiũ virtutib. nã lapideo ꝙ operi deeſt, id animorũ robur, ac præſtãtia cõpenſant, & ꝙ hoĩum artificijs, id natura loci tot præruptis vndiq; montib. reſarcit cõmodiſſimè circumſpiẽdo, vbi celeberrim⁹ iſte fluuius infractũ orientali lateri dorſum accõmodat.

Qui aliàs ẽt, quaſi Nilus fæcundans oĩa, plura delicatiſſimorum genera; piſcium educat, atq. producit; Cuius item tanta potentia medica celebratur, vt cũ multis nominũ minimè vulgariũ Thermis contendere poſſit. Etenim pſorã ac impetigines omnes, quib. communiter ſtudioſi diuexãtur, ꝑſentiſſimè ſanat, vt nemo tãta ſcabie laborãs huc veniat, qui non ſemel atq. iterũ lotus, ocyſſimè curetur. Hinc cõplures audias, qui, quem cutis glabellę nitorẽ aſſiduis alibi lauacris experiri nõ potuerĩt, eũ ſeſe fateant hic vel citra negotiũ aſſecutos, hui⁹ beneficio fluminis, maximè peculiarẽ pratorum & aluei N. virtutem haurientis. *Ab aquarũ ſalubritate & piſciũ copia.*

Vbi præter iam dicta, tot amæni proſpectus, tot hortorum decora, tot agrorum lumina, vt illud, Nullus in orbe ſinus vrbi huic, non Baijs, præcelcet amœnis, dubio procul ſcriptum reliquiſſet Horatius, ſi modò cognitum habuiſſet, & verſus non refuctatus; equidem. *A loco amãtitate, et vbertate.*

Aureus

Aureus hic amnis biſerique roſaria Paſti.
Hic propius adductum credas frondere Tarentum.

Hic deniq; muſis omnibus gratiſſimus locus, vbi rerum omniũ vberrimus prouentus, vt non ſolum innumera ciuium ac ſtudioſorum multitudo victũ acquirere facillimé poſſit, ſed etiam fertilitas natiua miſerrimæ locorum exterorum ſterilitati ſuo petras ferẽdo, non paruas alienarum ciuitatum ſit archias expleat. Reſpub. alat ſuſtentet, lætificet.

A cæli clemẽtia. Vbi deniq; maxima aeris ſalubritas, vt ipſa peſtis, aut acutus alius (quã q̃ le pleuresi modo ferunt, puerilia ſunt) morib. nunquã, niſi fortaſſe, quod tñ rariſſimũ decẽnio toto elapſo, graſſetur. Cuius rei cauſa poterit euidens eſſe, vel tã placida cęli tẽperies, vel tã sereni totius machinæ cęleſtis aſpectus, quib. hãc, vt oĩum ſibi dilectiſſimã, æternus ille pater, ſingulari quadã clemẽtia cõmotus, proſpegulari quadã clemẽtia cõmotus, proſperare dignatus eſt ciuitatẽ. Quæ nõ ſolaribus nimium ęſtibus ſubiecta iacet, nec frigorib. nimiũ Borealib. propinqua, ſed temperatiore ſub climate conſtituta.

Ab aeris horridioris cõmoditate. Veruntamen ſi tempeſtuoſior aliquãdo ac imitior aer, (vt omnium rerum eſt viciſſitudo) videtur ingruere, lõgè plus vtilitatis ille ſemper, quàm incommodi ſolet importare. Sic enim ad omnes fortunæ truculentioris impreſſiones aſſueſiunt, ſic ad morbos ſuperandos, ſic ad duriſſimos labores perferendos exercẽtur, ac edurantur corpora.

Porrò

Porró ſi quiſpiã conqueratur, regionem iſtã montuosã, aſperã, ac lapidib. cõfragoſam inhorreſcere, hic mihi ſapiẽs Darij maiores factũ aĩa præſenti reuoluat. Ille populũ ſuũ, regionis ſcabritiem, & aſperitatẽ campeſtri, ac molliore tractu cõmutare cupiẽtẽ, minimè permiſit, affirmãs hominũ habit⁹, vt ſemina, ac plãtas, ad regionis nãm immutari, ſentiendo ſe malle duros hoĩes, & laborib. accõmodos, q̃ molles, q̃ ignauos, quàm effęminatos, quales regio mollior generare ſolet. Quod ſi diligenter aĩo collectũ diſcuſſerit, nullam in orbe ditionẽ fore conſitebitur, quã cũ ſua permutare debeat Illuſtr. Princeps, innumera virorũ millia poſſidens, qui tpe pacis bona ſtudia, ac virtutes excolere noluerũt: bellis autẽ imminentibus qui labores perpeti, qui maximu exercitũ ducere, qui sũma pricula ſubire, q fortiter arma tractare. munitiſſimas vrbes euertere, qui deniq. præcelſas arces demoliri poſsũt. Quare Pęnorũ acerrimus dux Annibal in Italiã ab initio per Alpes, per tot frigora, ac niues irrupturus, maximis olim ſtipendijs coemiſſet tales virorũ manus, quales ꝓducit, vbi corpora vegeta, robuſta, p̃ſtãtiaq; proueniũt, ac procera grãdeſcunt.

Sed nè prouerbiũ, *ἄνυς ὁμακρός*, id eſt, amẽs, q̃ lõgus eſt, in eoſdẽ quadret, accedit acutior mentis, & ingeniorũ ſagaciſſima perſpicacitas. Nõ. n. multũ auerſus equos Sol iungit ab hac vrbe. Quæ *Ab ingenio-rũ dexteritate.*

K nec,

nec, vt aliæ q̃dã in vallib. profundis, in locis cauernoſis, in lacunis, atq. ſpelũcis paluſtrib. eſt cõdita, vbi perpetuo fætore grauiter olẽtes nebulæ, vbi putres exhalationes, vbi peſtiferæ Mẽtites viroſa craſſitie ebetãt, et Saturnias quaſi lemas offundẽtes, ingenioiũ vires obnubilãt, vbi ferarũ latibula, luporũ ac vrſorum ſpelæa, vbi horrẽda deniq; ſerpentũ, ac draconũ antra belluinã ad naturam animos trãsformãt humanos, ſed potius, vt nobiliſſima Regina N. ciuitas, bonarũ artiũ omniũ receptaculum, puriorem, eminentiorẽ, & ingenijs boni aptiorem cæli partẽ elegit, & ita ſolertẽ ſeſe compoſuit, vt proximè ad figurã hominis, ac virtutis ſimulachrũ accedere videatur.

Enim verò quẽadmodũ a Deo Opt. M. videm⁹ hoĩem effectũ erecta facie rigidũ, vt. ſ. ea ſpeculetur, vñ eius origo eſt, nẽpe cæleſtia, reliquũ aũt vniuerſũ animantiũ genus pronũ, & ad terram verſum, quod etiã Ouid. innuit dicens: *Ab vrbis figura, vel habitu*

Primaque cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumque videre
Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus Meta mor. 1.

Sic clariſſimũ, vbi n̄ræ Academiæ pulcherrima ſedes eſt, nõ aliter atq. homo princeps, caput erectiſsimũ, ac eminentiſsimũ ſuis turrib. vt diademate regio coronatũ habet, nẽpè quã admiramini nempè *ἀκρουσιλῆν*, arcẽ iſtã, quæ candidã frontẽ ſuã velut inter nubila condit, cuius collum monilis baccata ſuis velut

lut vnionib. irradiās, prominet, illinc nitidis clariſſimi dñi N. palatijs, hinc illuſtriſſimi Principis ſapiētiæ domicilio, exornatū Corpus eſt tot mēbris, & articulis, i. domib. ac palatijs inſigne, quicq̃d intra ciuitatis N. mœnia ſitū eſſe nouimus. Pectus, eſt ipsū Sacratū templum. Curia iſta, vt alimētorū dispēſatrix, eſt ſtomachus. Vtrūq; Collegiū, Pomerij & (vbi iā hæc dicimus) N. ſunt præcordia; duo vici, fœmora sūt aquis proxima, ꝙ circū eas corporis partes crebris lotionib. indigeāt, ideoq mediaſtinis aſſignati. Brachiorū alterū, nēpe dextrum, eſt iſta platea, q̃ vernacula lingua, N. vocitant. Siniſtrū, ꝙ ſuburbiū, N. Pedes autē inſtar fortiſſimi bouis (iuxta prouerbiū) altius in terræ viſcera defixit. Sic diſpāſis veluti manib. et cōmodiſſimo ſuę vaſtitatis īmobilioris āfractu, ſtudioſos oēs, quaſi gremio ſinuoſo, vt benigniſſimo ſic tutiſſimo cōplectit. et exoſculat. *Pericles.*

Cæterū vt honeſtate cōſpicuos peculiari quadā humanitate q̃ ſua eſt benignitatis excellētia, ꝓſequitur, ſic in dyſcolos, ac nebulones oēs meritā, ac iuſtā (vt æquū eſt) ſeueritatē exercet, vt ſuis flagitia, ſuis ipsā virtutē brauijs condecoratū iri cognoſcas. Etenim cū alterū brachiū, nēpe dextrū, .i. platea, N. iucūdior quidē, ſed aſcēſu difficilior, videatur, nō immeritò virtutis illi dextro calli poterit cōparari, quo ad virtutis, & honorū ꝓmia traducūtur homines. Cō- *A meritorū cōpenſatione ſtudioque iuſtitia.*

tracū N. oſtentet viā latā, decliuiorem, & facie tenus molliorem, ſed vbi progreſſus fueris, ſatis lutoſam, ac ēt calamitosā, vbi Lictores, & Carnifices habitant, ſceleratorū calli nobis deuitando, poterit aſſimilari, iuxta illud: Hæc via virtutis, dextrum petit ardua callem, Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert.

A liberalitate domini N.

Sed requiē prębet feſſis in vertice sū mo Molle oſtētat iter via plana N. ſed vltima meta, p̄cipitat captos, voluitq. p ardua ſaxa, itellige cruces, ac tormēta Cuius carminis quaſi dilucidā paraphraſin cernis, ſi ciuitatē ipsā penitus aſpexeris. Nōne metam callis dextri, & raquiem vides, Germanicam iſtā domū, vbi præſtantiſſimus Dom. N. vir vt nobilitate clarus, ſic omni bonitate præditus, oēs literarū meliorū, ac virtutis cultores, itnerisdifficultate, ac ſtudiorū aſſiduitate ſubinde defatigatos, curiſq; confectos comiter excipere, ac generoſiſſimo vino q; cum ſpe diuite manet. In venas animumq. tuū, quod verba miniſtret, reficere, & curas diluere sēper eſt aſſuetus

Quoties ad cęnas Academię nr̄æ fautores ille vocās, velut acepturos virtutis p̄mia refrigerauit, et nō ſemel ita bonæ fortunæ calicib. exhilarās obruit, vt neque mētes illorū, neq. pedes officio ſuo ſatis functa cōſpexerimus? Quoties ad prādia Muſarū antiſtites ſtudēdo defeſſos, & laborib. exhauſtos, veluti literarū

fru-

fructū percepturos, inuitans humaniſſimè tractauit, & ferculis recreauit opiparis? Et nè lōgiꝰ exēpla petanť, quoties ille N. iā Academ. nræ Decanū digniſs. tot piſcib. delicatorib. vtpoté carpionib. ac lupis exornauit, atq. tot alijs lautitijs labore publico, & domeſtico delaſſatū refecit, vt vel ille ſolus ſatis abundè teſtari poſſit, ædes N. eſſe dextri apud N. callis tēpli virtutis metā, & requiē inibi placidiſſimā. Quo admoneri poſſumus. Radices literarū, vt Iſocrates ait, amaras eſſe, fructus verò dulciores, callem virtutis aſcenſu difficiliorē, ſed metam oīum iucundiſſimam. Atqui te non moueat, ꝙ hic illius terminus, & apex ſummo vertice nō pendeat, ſed magis ad locū inferiorē receſſit, id .n. myſterio non caret, quó ſapientiſs. ille primus architectus admonere voluit, eam virtutis naturam eſſe, vt elata nūquam ſuperbiat, nec ſummo faſtu, quod habet pulcherrimū, vulgo prophanis oculis oſtentet, ſed potius theſaurū, ſeu vili cortice diſſimulans, quod habet eximium, intimis penetralib. recondat, & occultet. Hinc eſt, qđ N. domus faſtigio ſublimitatis poſt habito, locum humiliorem præoccupando, ſectātibus virtutem maluerit in occulto munera digna cōferre, quàm in excelſo loco gloriam ſortiri.

Sed ad alterā virtutis viā redeūti, illud ſeſe offert, quod, quā miſerabilis, q̃ flebilis vita ſceleratæ ſit exitus, luculenter

Ab alterius litera Pythagori-

Digitized by Google

explicatione. oſtēdit, vbi εἰς κυνοσάργες, εἰς μακαρίαν, τοὺς κόρακας. Vbi piſtrinū fuſtuariū, ac teterima tot morticinorū porcorū, ac cadauerū vorago, atq. barathrum, vbi fames, & atris volitās infamia pennis, vbi ſera pęnitētia, vbi damnatorū gemitus, & eiulatione ſæpius audiūtur, vbi tortorū ferocia, vbi carnificum crudelitas iá ſōtes virgis cædit, iam cauterio, vel candenti ferro buccas facinoroſorū pforat iā ſicariorum membra rotis diſtringit, ac cōtundit: Iā furti reos in crucem tollit, iā latrocinij, aliorumque criminum cōuictos alio atq. alio mortis genere dilaniat, atque immuniter obtruncat.

Ab Epilogo dictorum. Ergo ex his omnib. ornatiſſimi viri, & ſtudioſa iuuentus, opinor intelligitis q̄to cōſilio, quantis rationib. adductus Illuſtriſ. Princeps nr̄, voluerit apud N. Academ. erigi, atq. fūdari, ꝙ inibi vicus pené omnis, oīs angiportus, oīs platea, ſtudioſos homines virtutis admonere, turpiſſimos aūt nebulones, á vitiorū ac ſcelerū maleficijs deterrere poſſit. Hæc de patronis, origine, & loco N. Acad.

Ab vberrimo ſtudioſorū bonarumq. diſciplinarū prouentu. Nunc ad ea digrediar, quorū vtilitate prouecta cum oīb. ferè Germaniæ totius Academijs certare poſsit. Quęnā igitur hodie nobis vniuerſitas vſpiā proferri poterit, vbi tāto labore, ac fidelitate genus oē ſtudiorū tradat̄, vbi ſacra maiore cum fructu Theol. doceatur, vbi facultas medica, vbi iuriſprudētia feruētiore cultu tractentur, & ſic oīa, vt nihil pr-

ſus

ſus in linguarum nobiliſſimarũ cognitione, nihil in omnibus, niſi vnam (cuius me, vel inuitum profeſſorẽ eſſe voluiſtis) excipiendã putetis Rhetoricã, nihil inquam, in omnibus artibus bonis, & optimis diſciplinis deſiderari poſſit.

Vbi tot, et tãti profeſſores, tot noui, tot veteres doctores effulgeãt, grauitate, doctrina, ac vitæ sãctimonia, nõ ſolũ apud noſtrates, ſed magis apud exteros nobilitate, atque adeo, quotquot hic videas; quotquot inueris, tot Homeros, tot Ariſt. tot Apollines, tot deniq; numina q̃dã te iurauerls, videre. De ſingulis iã nominatim diſſerere, & illorũ ꝓhibet modeſtia, & tpis opportunitas non cõcedit, ſed vt generatĩ, & modeſtè dicã: puriſs. vaſa ſunt, & habitacula, in quibus oĩa ſtudiorũ optimorũ genera vigeant, regnẽt, ac triũphent, a Deo Opt. Max. clementer erogata. Quare ſi iã Apollonius ille viueret, nõ opus haberet Caucaſum laborioſiſs. pertrãſire, nec Scythas, Maſſagetas, nec Albanos, ditiſs. Indiæ regna tantis cũ periculis bonarũ literarũ gratia, denuo penetrare. Itẽ, ſi Pythagoras, ſi Plato, ſi Architas ille Tarẽtinus in viuorũ adhuc cõtubernijs agerẽt, nõ haberẽt neceſſe Perſas, Lacedæmona, Cretas, Aegyptũ, tot denique regiones alias ſtudiorũ cauſa peragrare, cũ oĩa hic, q̃q̃ plena manu habere, & multò minore tpis, ac rerum iactura conſequi poſſent. *Ab optimorũ præceptorũ atque doctiſſimorũ celeberrima turba.*

Quo fit, vt numeroſiſs. ſemper diſcipu- *Ad iſci pulorũ*

ccpia ſtudijs, & offi-cijs. lorum turba adſit, quorũ in dies tantam diligentiã experimur, vt nec Cleanthis, nec Ariſtophanis, quorũ vtriuſq. pertinaciſſima fecit ꝓuerbio locũ, vigilãtia, maior vnquam extiterit. Vnde nõ opus præceptorib. vltro currere, vt doceãt, aut mane ad fores ſedere, & operiri, (vt Gellij verbis vtar) propé ad meridiẽ, donec diſcipuli nocturnũ omne vinum edormiãt; Sed potius, & literarũ, & p̃ceptorum adoleſcẽtes amantiſſimi, quicquid officiorũ iura exigere non pudibundos, atque adeo, vt lõgé rudiores, ac nequiores ẽt plerumque in patriã reuertantur, quã inde fuerint egreſſi. Quarũ rerum portenta hic penitus nulla conſpici, nr̃a bono iure poterit Academia gloriari.

A magiſtrorũ honeſtiorũ piorũmq; conſuetudine atq; cõmercio Nã cũ a cõuerſantibus, authore Seneca, mores ſumant, non p̃ceptores hic otioſi degũt, quorũ veterno diſcipuli perdant, nõ ebrioſi, vnde peſſimũ cõuictores exemplum bibẽdi trahant, non blaſphemi, ꝗ viroſam prauitatẽ in ꝓximos trãsferant, nõ impudici ꝗ pueros emolliant, atq; effæminẽt, nulla deniq. improborũ cõmercia, quorũ cõtagio ſerpat in cohabitãtes, ſed adsũt duces optimi ꝓrſus, ꝗ bonos iuxta prouerbium, comites reddũt, hoc eſt, ad manus habent oĩum candidiſs. Magiſtri, qui ĩ ſuos mores incorruptos trahũt, ac trãsformãt diſcipulorũ gregẽ. Quorũ magna ſatis (licet nõ tã numeri, q̃ ipſius honeſtatis hic habeatur ratio) ſtudioſorũ corona præſens nõ mi-

minuitur, ſed bonis auib. in dies augetᷣ.

Et tãtus, q bonas, vt aiũt, artes alit honor, optimarũ literarũ cultorib. hic deferetᷣ, vt in ſpectaculis, vbi ſtatuarum, & imaginũ ſculpturis, & picturis homines extollebantᷣ. Olympicis victorib. nunquã maior exhibita fuerit gloria. Exemplo fuit proxima celeberrima nouorum doctorũ feſtiuitas: exẽplo tot magiſtrorũ nouorũ ſolẽnitas, quos ornatiſſimis, vt eorum ſtudia, ac virtutes meruerunt inſignijs officioſiſſimè, noſtra vt vidiſtis omnes condecorauit Academia. *A ſtudiorũ p̃mijs.*

Adde, ꝙ tanta, & diligentia, & induſtria ſtudioſi oẽs hic in officio contineãtur, tantis conatibus exerceãtur in dies, vt maioribus non poſſint. Nullus enim eſt dies in quo linea non ducatur, nulla ſeptimana, in qua nõ aut publicè diſputetur, aut declametur, atque adeo. *A ſcholaſticorũ exercitorũ aſſiduitate.*

Vt ſchola noſtra Lani, conuulſaque marmora clament.
Semper, & aſſidua dirupta voce columna.

Miſſam facio frequentiſſ. quo nullũ liberali⁹ erectũ, nullũ accuratius adminiſtratᷣ pædagogijs diſciplinã. Miſſa facio tot ſaluberrima veteæ pietatis ſtudia, q̃ cũ alibi, aut oĩno ſqualida iaceãt, aut penitus é medio tollãtur, hic non ſolũ feruenter extolluntᷣ, ſed ẽt adamata in pretio habentᷣ, maximo. Vnde fit, vt eruditiorẽ multo, longeq; melius noſtrã iuuẽtutẽ moratã ad ſuos redire pcipiamus, cũ laude, & gloria N. Academiæ sũma.

Neque id mirũ, cũ hic ſanis doctrinis,

Ab incorrupta viuēdi ratione. & honeſtate colluceant oĩa, nulla penitus nequitiarũ illectamenta ſurrepant, ſed vbiq; ſit probiſſima, (vt dixi) ſocietas, & cõſortia ſancta, quæ indiſſolubile religionis Chriſtianæ vinculum ſolidis adeo atq; adamantinis conſtrinxit retinaculis, vt nulla ratione dirumpi queāt.

Ab amollitione calumnia. Quare vanitatis illos pudeat, q diſſidere, ac mutuis odijs cõflagrare ſcholam nrãm calũniati sũt, centonũ ſartores, cũ nuſquã coniunctius, nuſquã deniq. amicus viui queat, quã in gymnaſio noſtro, qđ non ex moroſis cerdonib. aut Lycãbea ſecta conflatũ, ſed optimis virorum eruditiſs. ordinib. ſelectũ conſiſtit, quos bonarũ literarũ artes humanos fecerũt, quos Philoſophia plus quã hoĩes reddidit, quos Medica facultas officioſos informauit, quos Iuriſprudentia ciuiles effecit, quos deniq; ſacra Theolog. diuinos effinxit, cõcordi ſtudiorũ oĩum harmonia, virtutũq; vnione conglutinatos.

A frugali victu atque tēperantia. Quibus oĩbus nõ incõmodũ adiecero, frugaliſſimã, (vt hinc prouinciæ grauitatē ac tēperantiã agnoſcas) ſtudioſorũ diætam. Nuſquam. n. Sybariticus ille, ne, et calamitas eiuſdē comitetur luxus, & inſani conuiuiorũ apparatus, qui sũt ipſiſſimæ ſtudioſorũ peſtes, p̄dominantur. Nã vt ædulia præterea, quæ munda quidē ad ſupplicia in ſtudioſorũ hoſpitijs apponuntur, non ambitioſa, nõ luxurioſa, ſed interdum eiuſmodi, quæ apud nõnullas ſcholas ventri deditas. Squalidus

Digitized by Google

dus in magna,(vt cũ Iuuenale dicã) faſtidiret cõpede foſſor. Qui meminit cali dæ ſapiat ꝙd vulua popinæ: vt fercula, inquã, magis ſalubria, quam artificioſa, aut luxurioſa tranſeã, Iunckeræ ꝓpter excellentiam appellatione nobilitatis ſic vocitatæ, ſtudioſis, vt bibitu iucundiſs. ita ſaluberrimæ potionis crebrior vſus adhiberi ſolet, vini rarior: qđ in illo caſtitas,& ſobrietas, in hoc impudicitia, et ebrietas regnet, Vnde D. Paulus: Ne, inquit, inebriemini vino, in quo luxus eſt.

Ego vinũ, qđ clauo, iuxta prouerbiũ, caret, vbi pauló largior interdum vſus adminiſtratur, non merũ infundi ſolet, qđ optimã hominis partẽ, hoc eſt rationẽ debiliter atque eneruet, ſed prorſus innoxiũ, nẽpe aqua infuſa tẽperatũ, ſic longè melius redditũ, et humanã ad naturã maximè appoſitũ. Quo ꝑclaro beneficio, qui præcelluũt apud nos çnopolæ hoc eſt, qui aquis diluere egregiè vina callent, ad ſũmos, & honores, & opꝰ iure optimo prouehunt̃. Sed hoc ipſum adhuc ignorare noſtrũ D. præpoſitum ægerrimè ferẽs doleo, cũ vna iſta faciat inſcita, quo miſer, & inhonorus pauperiorẽ apud nos vitã ſe degere cõquerat̃. Indignã quidem, ſed promeritam tamẽ ignorantiæ pęnã auferens, qui loculentior euaſurus, ſi tam vtilem, tam probatã, tã inſignẽ illius Seraphici Syrtheni ſibi diſciplinam, vt alij, cõſecutus eſſet. Hic, authore Plinio, cum rudis ac ſim-

A vini tẽperamẽto.

plex olī vetuſtas meracius non ſine plurima noxa biberet, vinū aqua miſcere, et Bacchū temulentū lymphis ſobrijs tēperare docuit, vt ſic māſuefact⁹ ac domit⁹ ille cornutus pr̄, fieret moderatior, māſuetior, multoq. ſapientiſs. teſtimonijs ſalubrior. Et q̄d aliud innuit fabula de Baccho, q̄ fulmine cōflagrans, in Nympharū aqua fingit̄ iniectus, niſi vini ardorē, vitalis iuueniliū ingeniorū ſuccos exurentē, ſobrio elemento reſtinguendum eſſe? Quod ēt illud Epigrama Melagri teſtatur ac comprobat, ſic dicens:

Αἱ νύμφαι τὸν βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος,
Νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κολιόμενον.
Τοὔνεκα σὺν νύμφαις βρόμιος φίλος, εἰ δέ νιν ἄργης
Μίσγεσθαι δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον. Id eſt

Bacchus, vt è flammis puer exilu ſſet in vndis.
Tinxerunt Nymphæ *ſordidum adhuc cinere.*
Hic iunctus Nymphis eſt Bacchus gratus, at ignem
Ardentem capies, hunc niſi miſcueris.

Sed quorſū iſte verborū excurſus tēdit, inquies? nēpè, vt oñdā, hinc eſſe, q̄ neminē apud nos ſtudioſū cupidinis facibus incēdi: hîc eſſe, q̄d neminē æſtu venereo captū, aut laqueis irretitū ab honeſtis artib. turpiter abduci, & veluti bouē ad lanienā capi cōperiam⁹: hinc eſſe, q̄d nulla Circe referat̄ imminere, q̄ veneficijs adoleſcētes in beſtias cōuertat, i. nulla p̄ſtigiatrix voluptas, q̄ ſuis effectiuū illecebris illos demētās ad pudicitię naufragia perpetranda blādiatur, aut libidinū

vene-

venenis adeo puertat, vt ĩ brutorũ trãſformati naturã, præter hoĩs vocabulũ, nihil hoĩs habeant. Sed contra multi Vlyſſes, fortes videlicet ac cõſtãtes, hic viri præſto ſunt, q iã lõge rerũ experiẽtia ſapientiũ habitus ſibi induerunt, maieſtate venerãda pſpicui, qbus imbecillior ætas innitatur, quorũ exẽplis informata diſcat. Sirenũ voces dulcedine mellita venenũ ĩſpirãtes auerſari, ab oĩbus ſpurcarum cupiditatũ alimentis alieniſſima.

His igit̃ reb. oĩbus euecta iuuẽtus nr̃a, et eruditionis, et bonorũ morũ pulcherrima proferens vbique ſpecimina, quid Deo Opt. Max. q̃d parentib. quid magiſtratui debeat, ĩtelligit, & expedire gaudet: vnde laudatiſs. ciuilitatis, ac oĩs honeſtatis obſeruantia pmanat, vt aĩorum integritati, & externũ corporis habitũ cõgruere, & nuſquã mẽtis apicẽ a rõnis amuſſi delirare videamus: tm̃ abeſt, vt cũ aliarũ quarundã Academiarũ ceſſatorib. nr̃i adoleſcentes peſſimè viuãt, & pulcherrimũ immortalis Dei munus, vt pote tẽpus inhoneſtis rebus vecorditer inſumant: ſed potius quò charius, quò pretioſius eſt illud, tanto diligentius ab illis aſſeruatur, tantoq. circũſpectius impendit̃, ne ſine bonis frugib. effluat Deus faciat, vt in nr̃is diſcipulis exteri, ſic rerũ ſuarũ ſatagentes, reſipiſcant, ac rõne ſimili reuoluãt, amiſſas opes aliunde reſarciri poſſe, tpis irreparabilẽ iacturã nõ poſſe: de illis nequiter impenſis fortaſſe *A ſtudiorũ fructu.*

ratio-

A maioribus Philip. hic ſextusfuit Mace. Rex. Huic aũt nõ immediate ſucceſſit Amynt. ſed Europus, Europo Alcetas, Alcetæ, Amy... Hac ergo ꝓgenitus patria, maiores habuit patria ipſa lõgè magis pudẽdos Philippus. n. inter maiores ipſius fuit, cui quó minus eius terræ regnũ obtingeret, obſtitit generis indignitas, atq. dedecus. Huic ſucceſſit pater Amyntas, qui regnũ alienis opibus tenuit, pulſum enim in regnum Athenienſes reduxerunt.

Talis igit̃ ortus patria, tales ſortit⁹ generis autores, qđ Thebanos moratus, primũ obſes fuit, nec quamuis media in

Græcia

Græcia verſaretur, mores cõuictu mutans, ad meliora deflexit, ſed barbaricã ſemper impotentiam inter Græcã retinuit inſtitutionem, Cũque ſi omne humanum genus in Græcos, atque barbaros diuiſum, ipſe, velut ex vtriſq; commixtus, ſimilem improbitatem in diſſimilibus gentibus exercebat.

tas ab educationes. Genus cẽ humanũ in Græcos, & Barbaros diuiſum.

Orſus ergo primũ cognata gente, ipsã in ſeruitutẽ redegit, velut a perfidia rerũ ſuarũ initia auſpicatus. Inde & finitimos agreſſus populos, pdomuit: captiſque deinde Pęonib. Illyricos eſt adept⁹, Triballorũ quoq; gentẽ inuadẽs, & quicquid pterea in proximo erat terrarum, oĩno velut vno ĩpetu deuicit. Et corpora quidẽ Barbarorũ pugnãdo cępit: mẽtes autẽ cũ corporibus nequiuit capere, neq eorũ animos pacis artib. ſibi conciliare. Quãobrẽ ſubinde deficiebãt, & quãquã victoris crudelitatẽ horrebãt, tñ rebellionẽ per oẽs pené dixerim noctes ſomniabant: vt qui opere fortis ſeruirẽt, intus cogitatione eſſent liberi. Subactis ergo finitimis Barbaris, ad Græcos caſtra mouit, atq; adeo anteq̃ ipſam Græciam inuaderet, ciuitates q̃ in Thracia Græcię ditionis erãt, euertit, cępitq. Amphypolin, Pydnã ſubegit, iſtiſq, Poridæam adiũxit, neq; Phoras, extra Pagaſas, neq; Magneſiã extra Pheras omiſit: ſed cunctæ vrbes Theſſalor. capiebant, et velut generis mercedem ſeruitutem ferebãt.

A rebus perfidè geſtis.

Dignũ ſané fuerit exitũ quoque ipſius recen-

A morte generis.

recenſere; poſtea enim, quàm pleraque, quæ inuaſit oppreſſerat, ſubiaceratque contra fędera eos, qui fuerant fęderib. deuincti, offenſi violatis fęderum ſacris Dei, cõuenientem perfidiæ ſuæ finẽ dederunt. Neque.n. in prælio pugnans cecidit, quò fortiſs. aliquẽ mortis ſuę teſtẽ reliquiſſet, ſed in medio turpiũ voluptatũ gurgite ſuffocatus, ſe dignum ſepulchrũ in earũ fęditate inuenit. Videlicet queadmodũ eius vita, ſic & mores intẽperantiæ fędum exẽplum poſteris eſſet.

Quis autem eſt, qui Echetum illi putet poſſe conferri? Echetus.n. preciſis extremis aliquibus corporis membris reliquum ſaltẽ corpus relinquebat: at Philippus totos cum corporibus ipſis homines perimebat; quantoque ſæuius eſt totum deleri hominem, quàm partem aliquam auferri: tanto pernitioſior eſt Echeto Philippus. *A cõparatione.*

Ceſſare autem a ſceleribus ſuis Philippus neſciebat, cùm mihi, victo magnitudine flagitiorum eius, neceſſe ſit, vt plura de ipſis facere verba deſinam. *Peroratio.*

Scholia.

Omnia, q̃ laudantᷣ, contraria vituperari poſſunt rõne. Ab Aphthonio cã exercitationis reprehenditᷣ Alexãdri pater, Amyntæ filius, Philippus, q tamẽ vel dictorũ vrbanitate, vel, vt relatũ eſt ſupra dexteritate ingenij ſuperabat ſeculi ſui Reges oẽs. Queadmodum autem laudari, ita vituperari poſſunt perſonæ, vt

vt Therſites: Res, vt ebrietas: Tẽpora, vt hyems: Loca, vt Euxinus: Nota, apud Plutarchum in Eumene: Bruta animalia, vt cocodrillus: Plantæ, vt ciambe.

Claritas a genere tis notiores circa vitia, & in uiſos magis facit Quint. Adnotauimus ſupra ex Quint hæc nõ iõ laudari, qđ habuerit quis tã ſed qđ ijs honeſtè ſit vſus

Adiungens &c. In genere, nationis patrię, maiorum atque parentum circumſtantiæ ſunt excutiendæ. Quæ omnia ſi clara contigere, oſtendẽdum eſt. Illa vitiorum omni genere contaminaſſe, quẽ vituperandum ſuſceperis.

Educationẽ, &c. Qđ ſi is, quẽ vitu perare conſtitueris, claris naturalib. & egregijs animi, corporis, atq. fortunæ dotib. conſpicuus p̃fulſerit, dices a maiorib. illud degeneraſſe. Animi dotib. ad dolos & fraudes abusũ. Bonis corporis ad libidinẽ, cędes, rapinas. Diuitijs ad multorũ perniciẽ, et publicas ſeditiones fouẽdas.

Fruſtrari, &c. Fruſtro actiuum, et fruſtror cõe verbũ legit͂. Eſt aũt ſenſus: qui crimina nõ accuſant, ij nõ minus peccãt, q̃ qui virtutes non laudant, non.n. decet virtutẽ ſine laude, nec malitiã ſine vituperatione atque reprehẽſione relinqui.

Aequum malè audire, &c. Vt ſementẽ, juxta prouerbium, quis fecerit, ita metet. Et, qui, quæ vult dicit, aut facit, quæ non vult audiet: benedictis, aut factis, qui certat, audiet bene.

Peſſima barbarorum, &c. Huius gẽtis barbariẽ Straton. Muſic. Athenienſ. notare ſolitus fuit, qui ad diſcipulũ ſtupidũ ſolebat exaſperatus dicere, *εἰς μακεδονίαν* prę *εἰς μακαρίαν*, quo dicto puerbiali

biali precamur exitiũ. Macedoniç autẽ deſcriptionem habet Põponius Mela li. 2. c. 3. Liuius lib. 2. belli Macedonici.

Ad hiſtoriç verò præſẽtis cognitionẽ ptinẽt ea, quæ Iuſt. hẽt li. 8. & 9. Thucidides belli Pelopp. lib. 2. Plutarc. in vita Alexãdri. Paulus Oroſ. li. 2. c 12. ad 15.

Argiui, &c. Argos, & Lacedæmõ duæ clariſs. vrbes, Græciç q̃dã lumina fuerãt, vt ait Liui⁹ lib 4. belli Macedonici. Ab Argos Argiui, et Argolici inde Macedonũ Reges oriũdos fuiſſe Liui⁹ teſtat. *Argo.*

Duplice, &c. In duplex, inq̃t, malũ inciderunt, & ꝙ Argiuis fortiorib. cedere, & iã exules ad inopiam redacti, alijs imbecilliorib. vĩ inferre coacti fuerũt, quorũ illud ignauię hoc rapacitatis atq. impietatis euidens fuit argumentum.

Pella &c. Vrbs eſt Macedoniæ, q̃ autore Põponio Mela fecerunt maximè illuſtrẽ Philippus Græciæ domitor. Alexander etiam Aſiæ, Hinc Pellæus Alexander dictus Iuuenalis Satyra 10. *Pella.*

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.
Aeſtuat in fælix anguſto limite mundi,
Vt Gyaræ clauſus ſcopulis paruaque Seripho.

Philippus, &c. Philippus, inq̃t, qui Alexandri pater erat; auũ habuit eiuſdẽ nominis, hominẽ ignobilem, ſed in Græco πρόγονος eſt, hoc eſt proauus, ex Iuſtino igitur Philippi genealogiã ita colliges. *Inter Coranũ vel ſecundũ alios Cranaum primum Macedonum reges.*

Coranus in Aemathia vrbem Edyſſã oppidanis nõ ſentientib. per ĩbres & nebulas caprarũ greges ſecutus occupauit.

Cora-

Triballorum,&c. Illyricorũ id genus eſt vt ait. Liuius lib.7. belli Punici, qui ſcribit, Philippum cùm vrgeri ſuos videret, in cohortem Romanam incuriſſe,atq; ibi equum pilo traiectum in caput Regẽ effudiſſe Plin.lib.4.c.10. Triballos in finibus Macedoniæ collocat. *Triballi.*

Ad Græcos.&c. Nulla fuit apud Philippũ turpis rõ vincẽdi,ſecurius omnib. Termopylas occuparat. Vide Iuſt.li.8. & 9.Græciã totam propè conſilijs præuẽta virib. domuit, Oroſius lib.3.c.12.

Thracia,&c. Ante Sython fuit dicta Vide Gellium li.15.c.7. de qua Pli.li.4 c.11. Appellata fuit ab aſperitate, vel ſecundum Tortellium, à feritate, θρακύ ferum,& temerarium. *Thracia.*

Amphipolin,&c. Inter Neſtõ & Strymona,fuerũt Apollonia & Amphipolis, vt ait Pomp.Mela lib.2.c.2. Neſtos aũt, & Strymon fluuij ſunt in Thracia. De Amphipolitanis Diodorus Sicul. lib.3. *Amphipolis.*

Pydnam, &c. Ab Amphipoli ſub eo Pydnam occupauit,& Olynthijs ad obtinendam Potidæam tulit auxilia, vt ait Diodorus Siculus.

Potidæam,&c. Pompon.Mela lib.2. c.2. Pallene,inquit,ſoli patentis, vt quinque vrbium ſedes ſit atque ager,tota in altum abijt, anguſta ſatis vnde incepit: ibi eſt Potidœa. Eius meminit Plutarchus in Alexandro.

Pheras,&c.Phera ciuitatis ĩ Theſſalia Pli.li.4.c.8. Hinc Phæreus, Oui.in epiſt. *Pher.*

Ipſe

Pega-ſa. *Ipſe repertor opis vaccas pauiſſe Pheræas*
Fertur, & a noſtro ſaucius igne fuit

Extra Pegaſas &c. Moſellan⁹ ita reddidit hunc locum: victorias cumulare ad properãs nõ quieuit donec Pherę, Pegaſæ, Magneſiaq. imò Theſſaliæ ciuitatis omnes barbaræ ſeruitut is iugum accipe rent, & generis ipſius veluti notã portare ſuſtinerent. Pegaſam autem Plinius lib.4. oppidum Theſſaliæ tradit. Meminit eius Pomponius Mela lib.2.c.3.

Magneſia. Magneſiam, &c. μαγνισιαν Magneſiam Gręciæ regionem annexam Theſſaliæ Plinius tradit lib. 4. cap.8. Argo Magnetida hoc eſt. Theſſalicam appellat Ouid. in Epiſtolis.

Fœderibus deuincti, &c. Cũ Philippus ſe excluſũ ab ingreſſu Græciæ, perſtructis Thermopylis vidiſſet, paratũ in hoſtes bellũ vertit in ſocios. Nã ciuitates quarũ ante dux fuit, ſibi gratulãtes & excipiẽtes, hoſtiliter inuaſit crudeliterq. oĩa diripuit, liberos cõiugeſq. ſub corona vendidit: Oroſius lib.3.c.12.

Voluptatũ gurgite, &c. Etenim deſtinato lætitijs die fuit, ĩterfect⁹ in thauro per Pauſaniam, cũ regnaſſet annos quatuor ſupra trigĩta. Diodorus vigĩti quatuor annos dũtaxat regnaſſet Philippũ ſcribit. De eo hęc Oroſ. lib.3.c.14. Cum ad ludos magnificè apparatos ĩter duos Alexandros filiũ atq. generũ contenderet, à Pauſania nobili Macedonũ adoleſcente in anguſtijs ſine cuſtodibus circumuen-

Celebrabantur n. nuptiæ. Philippo ſuccẽſſibat Pauſanias ꝙ ſtuprũ ſibi il-

cumuentus occiſus eſt. Mortis eius meminit Valer. lib. 1. c. vlt. de miraculis. *latum vidicare neglexiſſet.*

Echetũ, &c. Echetus Epirotarũ Tyrãnus, qui regionẽ hominibus ingreſſis nares, aures atq. pudenda reſcindere ſolebat, & obijcere canib. Vnde Antinous Odyſſeæ 18. apud Homerũ ait ad Itũ; Si te vicerit mẽdicus, mittã te ad Echetum, vt tibi nares & pudenda præcidat, & canibus obijciat. *Echet.*

Vituperationis Phalaridis exemplum.

VT virtute præditos gloria, ſic vitijs contaminatos perpetua comitatur ignominia, qua dignissimus Phalaris, cuius crudelitas, antequam naſceretur, matris ſomnio comprobata eſt. Vide Cic. 1. de Diuinatione libro.

Cuius parentes turpiſſimos, vt indignos æterna fama, ſed tenebris Cimmerijs obruendos, pleriq. autorum ſilentio præterierunt. *A maiorib.*

Nactus præclarã Agrigentũ patriã: quam vt Empedocles eximijs animi dotibus illuſtriorem, ita magis famoſam crudelitate ſua reddidit ille. *A patria.*

Phalaridis imperiũ tã fuit truculentũ, vt prouerbio locum fecerit. Qui tauro incluſos æneo reos torrebat, & igne ſubiecto cruciabat. Meminit Pli. lib. 19. c. 8. Ouid. in Triſtibus. Valer. li. 9. c. 2. *A rebus geſtis.*

Factis igit᷑ digna morte ſuccubuit: Nã in cũ impetum faciens Agrigẽtinorum mul-

multitudo occidit, & Tyrannum lapidibus obruit. Vide Ciceronem Officiorum ſecundo. Valerium lib. 3. cap. 3.

A comparatione. Crudelis q̃dẽ Procuſtes, ſed lõgè crudelior phalaris. Ille ſolebat in Attica regione nõnullos hoſpites interimere, poſt vt Plutarch. refert, a Teſeo interfectus: hic autem eo crudelitatis proceſſit, vt eius ſupplicio non debeat vna parari ſimia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus. *In parricidas hoc est inuentũ ſupplic ũ*

Epilo. Finem dicẽdi faciam, perpendens meã dicendi facultatem imparem eſſe tot criminibus illius recenſendis, nedum oratione condigna vituperandis.

Aliud exemplum vituperationis Paridis.

CVm nulla hominibus capitalior peſtis accidat, quàm voluptas, bono iure vituperandi ſunt, qui poſt habitis omnibus virtutibus, veluti, pecudes, illam malorum omnium eſcam ſunt amplexi. Quorum in numero Paris, Epicuri de grege porcus.

A natione. Natus in Phrigia, quæ neminem frugi produxit, ſed quos tympana, & buxus iuuit, non claſſica, vt ait Virgilius in nono. Hinc barbaris, ſeruilibus, ac ſtupendis ingenijs horrentes prodiderunt homines, vt prouerbijs locum fecerint: Phryx plagis emendatur. Et; Serò ſapiunt Phryges.

A patria. Patriã ſortitus Troiã, q̃ cum illuſtrare virtutib. deberet, omniq. beneficiorum genere beatã reddere, funditus pdidit.

Nulla

Nulla refulſit in eo maiorũ claritas, & ſi qua fuit, eam turpiſs. facinoribus conſpurcauit, ac tenebris, (vt aiunt) Cimmerijs inuoluit. Auus fuit Laomedon inſignis pfidia. Qui pactam pro conſtructis Troię męnib. mercedẽ negauit Apollini atq; Neptuno, violauitq; ſacrã iuſiurãdi religionẽ, q̃ sẽper ab alijs inuiolatè, ſanctiſſimeq; habita eſt. Vide Gel. l. 7. c. 18. *A maiorib.*

Patrẽ habuit, qui ſeruitutẽ perpetuam ſeruijſſet, ſi nõ ꝑcio fuiſſet redẽptus. Etenim puer ab Hercule captus, cũ Heſione ſorore, pecunia ſolus redimi potuit, vnde Priamus dictus, q prius appellat' Podarces. Porrò ſi qua fortaſſe fuerũt ĩ eo virtutis ornamẽta. Paris tamẽ ab ijs deflexit ad omnẽ libidinis turpitudinem. *A parentibus.*

Cũ in vtero mater Hecuba geſtaret Paridem, ſomniauit ſe facem pariturã quæ totam incendio Troiam eſſet abſumptura. Nec vanum fuit ſomnium. *Ab ijs quæ natiuitatẽ præceſſerunt.*

Quem mater occidere debebat, Idæis paſtoribus educandum tradidit, vbi ferinam inter pecudes, & iuſta ferarum barbariem imbibit, turpiſſimoq; libidines crimine, animum coinquinauit, vſus infami turpis Oenones conſortio. *Meminit Q. l. 3 c. 7 ex Hõ. lib. 6. Iliad.* *Ab educatione*

Cũ duæ ſint vitæ, altera virtutis aſperior, altera vitiorũ planior, & amęnior, nõ illã, vt Scipio Aphricanus, apud Sil. Italicũ li. 15. ſed hanc, quam ſtulti ſolẽt, ingreſſus, conſequutus eſt digna meritis præmia, nimirum Iliada malorum. *A vita inſtit. Vt etiã Hercules apud ꝓdicũ*

Studia virtutis auerſat⁹, neminẽ audi-

M uit,

de quo Xen. 6 Mem. & Cic. Offic. 1 uit recta monentē: vnde ſalutarē Palladis exhortatione reſpuit, amplexus illecebras peſtiferas veneris, quæ blando quidem, ſed perniciosſo latrocio permul-

A diſciplinis. ſum rapuit ad cru delia fatorum diſcrimina. Vide Plutarchũ in Homeri vita.

Alludit ad vulgatũ Paridis iudiciũ Egregia forma conſpicuit enituit atq; iuxta Socratis præceptũ, īſpecto ſępius ſpeculo non cauit, ne quid in illa cōmitteret indignum. Acceſſit tātum robur, atque laterum firmitas, vt in agonali certamine vicerit Hectorem, ſed omnia luxu, atque voluptatibus exhauſta defluxerunt. Hinc non immerito reprehēſus ab Hectore apud Homerum. Iliad. 2.

A doti. corporis.

A fortuna bonis. Quas opes habuerat in turpiſſimos amoris fœdioris abuſus profudit, & quibus patriam debebat iuuare, ijs perniciem adduxit.

A reb. geſtis. A priamo receptus in regnũ, non virtute regia dignũ aliquid meditatus fuit, ſed deterrimę libidinis impulſu nauigauit Spartā, vbi hoſpitis Menelai in Cretam abeuntis, vxorem illecebris expugnatam abduxit, & in patriam ipſiſſimam malorum lernam inuexit.

A genere mortis Hoc eſt cruore moriēs aſperſus eſt. Condigno, quod flagitijs meruerat, ſupplicio affectus mortem obijt, qualem Tyranni, ſcilicet non ſiccam.

Annibalis vituperatio.

Exord. IN Repub. libera magnā ſæpenumero commoditatē afferunt conuitiatores: Solent enim efficere, vt ex vitioſorũ hominũ reprehenſione purior vita cũ oratione.

tione, tũ moribus exoriatur. Vnde Philippus ille Macedonũ Rex, calũniatoribus ſuis plurimã ſe dicebat habere gratiã, quod ſuis conuitijs efficerent, vt ipſo melior euaderet: dũ conor, inquit, illos dictis pariter ac pactis mẽdacij cõuincere. Et Annibal ipſe aut eiꝰ ſimiles homines improbi, nõ excandeſcẽt, imo gratiã habebunt, quod iuxta vituperãdi libertas meliorem afferat viuendi rationem.

Natus eſt ex ea gente q̃ factio Barchi *A gene*
na dicebatur, á Barcha Didonis ſocio, q̃ *re.*
natale ſolũ ĩ arida Libya tenuit ita obſcurum, infœcundum barbariciſq. hoſtib. refertũ, vt id relinquere, & in Aphricã tranſmigrare cõpulſus fuerit, vel rerum inopia coactus, vel hoſtiũ metu perculſus. Iam in Aphrica talis contigit populus, cuius propter inſignem perfidiam ſuſpecta fides prouerbio locum fecit.

Oriundus itaq. ex horrido, & tam in- *A pa-*
fauſto loco, patriã ſortitus eſt Carthagi *tria.*
nẽ. Cuius ciues odijs ſemper atq. vitijs propè maiorib. certarunt, quã virtutibus. Vnde per ignauiam & rerũ oĩum imperitiã amiſerunt Siciliam atq; Sardiniam, prouincias omnium florẽtiſſimas.

In maiorum eius numero, quẽ laudan- *A Ma*
dũ magis exiſtimarunt. Aſdrubal erat, i *ioribus.*
ſ. quo nemo fuerat crudelior: cuius efferata ſæuitia dolo, & inſidijs Xanthippi Marcũ Aſtiliũ Regulũ, ſpiritus religioſiſſimi virũ cępis, et miſeris modis excruciatũ interfecit. Quod vel ſolũ immane

M 2 faci-

facinus dij videre non potentes, ſeruum immiſerũt, qui de viro deterrimo pęnas ſumeret, & diuinum factum quaſi miraculo comprobaret. Hic enim, quod Dominum ſuum occidiſſet, Tyrannum ſubitó aggreſſus interemit, cumque cõprehenſus omni modo cruciaretur, lętitiam tamen, quam ex vindicta cæperat, in ore cõſtantiſſimè retinuit, eoque fuit habitu oris, vt ſuperante lætitia, dolores ridentis etiam ſpeciem præbuerit. Valerius libro tertio capite tertio. Liuius in præfatione bellorum punicorum.

Aparentibus. Patrẽ habuit Amilcarẽ, Tyrannũ peſtilentiſs. qui vt ſui ſimilẽ, hoc eſt natiuę crudelitatis hæredem filiũ relinqueret, vndecim annos natum, aris admouit, vt odium in Romanos perenne iuraret, & hic maturè patris veſtigia ſecutus, odij magnitudinẽ oſtendere cupiens, inflixit in terram pedem, ſuſcitauitq; puluerem, dicens: Tũ belli finis erit, cum alterutra pars in habitum pulueris redacta fuerit. Vide Valerium lib 9.c.3.

Ab ijs, quæ natiuitatem ſecuta. Pr̃is igiť veſtigia ſubſecuturus, certæ p̃dictionis ſomnium vidit, votiſque ſuis conuenientẽ imaginẽ hauſit. Exiſtimauit .n. miſſum ſibi a Ioue mortali ſpecie excelſiorem iuuenem, inuadendæ Italiæ Ducẽ, cuius monitu primo veſtigia nullã in partem ſecuti oculis, mox humani ingenij prona voluntate vetita ſcrutãdi ponè reſpiciẽs, animaduertit ĩmenſę magnitudinis ſerpentẽ cũ ingenti arborum

ac

ac virgultorũ ſtrage ferrĩ concitato im-
petu oẽ quicquid obuiũ fuerat proterẽ-
tẽ, poſtq; eã magno cũ cœli fragore e-
rũpentes nymbos, lucemque caliginoſis
inuolutã tenebris, attonitus deinde quid
nã eſſet mõſtri, & quid portenderet, in-
terrogauit: Hic Dux. Italiæ, inquit, va-
ſtitatẽ vides, vt ait Valer. l. 2. c. 5. Eadem
Liuius habet primo belli punici 2. Sill.
libro 3. Cicero de Diuinatione libro 1.

In prætorio p̃ris educatus fuit, vbi ni- *Ab e-*
hil p̃ter mera tyrannidis exempla vidit. *duca-*
Eũ Aſdrubal, vix dũ puberum, ad ſe ac- *tione.*
cerſiuit, vt militię aſſueſceret, inque pa-
ternas opes ſuccederet: ſed optimus vir
Hanno ſectionis alterius princeps, ani-
maduertens peſſimã adoleſcentis indo-
lẽ, ipſum domi tenendũ ſub legibus, ſub
magiſtratibus docendum, viuere æquo
iure cum cæteris cenſebat, nè quandoq;
paruus hic ignis incendium ingens exu-
ſcitaret. At pauci ac fermè optimus q̃ſq;
Hannoni aſſentiebant: ſed (vt plerũque
fit) maior pars meliorẽ vicit, vt ait Liu.
Prudenter aũt Hãno, nã Annibal ferus,
immaniſque natura, adiunxit a pueritia
prima diſciplinã, qua non iura, nõ leges,
nõ ciuiles cõſuetudines, ſed bella cędeſ-
que, & hoſtiles ꝓditiones tractare didi-
cerat. Itaq; crudeliſsimus euaſit dux, &
fallendis hominibus calidiſſimus. Nam
ad decipiendũ hoſtem ſemper intentus,
quos aperto Marte ſuperare nõ poterat,
dolis aggrediebatur, vt refert Plutarch.

Ab inſtitutione. Optimos quidē præceptores conſecutus erat, ſed oēs naſo ſuſpendens per arrogantiā, in bonis diſciplinis nihil promouit: etenim oratorē atq. philoſophū eloquentiſs. Peripateticum Phormionē audiuit Epheſi, de Imperatoris officio, & de oī re militari copioſiſs. differētem; pauloq. poſt rogatus quidnā de illo philoſopho iudicaret, reſpondit multos ſe deliros vidiſſe ſenes, ſed qui magis, quā Phormio delirasset, vidiſſe neminē. Cuius rei meminit Cicero de oratore lib. 2.

A legū cōtemptu. Legū iuſtitiā nihil curauit, fędera rupit, Legatos P. Valer. Flac. & Q. Fabium Pamphiliū a ſocijs, & pro ſocijs miſſos, contra ius gentiū non audiuit, nec in caſtra admiſit. Et quas in leges patrias delinquēdo pęnas meruerat, eas aſtutia mirè ſolitꝰ auertere. Sic a Dulio cōſule nauali ꝑlio victus, timenſque claſſis amiſſę (capitale .n. Carthag. ex publico legum decreto fuit, ſi quis ducū iniuſſu populi pugnaſſet infęliciter) pęnas dare, ex illa infælici pugna prius, q̄ cladis nūtius domū ꝑueniret, quendā ex amicis cōpoſitū, & inſtructū Carthag. miſit. Qui poſtquā ciuitatis eius Curiā intrauit; conſulit, inquit, vos Annibal, cū dux Roman. magnas ſecū maritimas trahēs copias aduenerit, an cū eo cōfligere debeat: acclamauit vniuerſus Sen. non eſſe dubiū q̄n oporteret. Tū ille cōflixit, inqt, & ſuperatꝰ eſt. Ita liberū his nō reliqt id factū dānare, qđ ipſi fieri debuiſſe īdicauerāt,

vt

vt ait Valer.lib.7.cap.3.

Rupto, qꝑ primo bello punico fuit ictũ fędere, toti⁹ Italię agros ferro, et igne vaſtauit, qđ ſcelus, vt ꝓ ſua libidine patraret, occaſionẽ quęſiuit, nec quęſita defuit. Erãt in Hiſpan. Sagunt, quaſi medij ĩter Roman. & Carthaginenſ. fines, iure fæderis in libertate relicti. Hi poſtea totos ſe Rom. addixerãt, initaq; ſocietate Romani imperij fidiſs. cultores habebant. Quare Annibal conſtituit aĩo, nihil opportuni⁹ fieri poſſe ad eliciendũ Rom. irã, ac incendiũ, qđ ſibi optatiſs. erat, cõcitandũ, q̃ Saguntinos armis belloq; laceſſere. Sed priusq̃ ſocios populi Rom. aperte adoriretur, ſtatuit in Olcadas, aliosq; trans Iberum populos exercitum ducere, ac eis ad deditionẽ cõpulſis, aliquã Sagunto nocendi cauſam reperire, qua non tã meditato conſilio a ſe illatũ, q̃ a Saguntinis cõtractum bellũ videri poſſet. Primũ igitur Olcadum gente ad deditionẽ cõpulſa, Vacceos deinde aggreditur, agros deinde populat̃, oppidaque multa expugnat, vt ait Plutarchus. A reb. geſtis.

Annibalis maiore ex parte virt⁹ ſęuitia cõſtabat: argumento fuerunt multa, cũ primis illud, qđ in flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxit, vt æq; terreſtriũ ſceleſtũ Carthaginẽſium copiarum egreſſum terra, q̃ maritimarum Neptunus experiretur. Idẽ captiuos oneribus, & itinere feſſos, prima parte pedum ſucciſa relinquebat.

Digitized by Google

Quos vero ĩ caſtra ꝑduxerat, paria fratrũ, & propinquorũ iũgens, ferro decernere cogebat, neq; ante ſanguinẽ explebatur, q̃ ad vnũ victorẽ oẽs redegiſſet. Iuſto ergo illũ odio, verũ nõ tardo ſupplicio ſenatus, Pruſiæ Regis factũ ſupplicẽ, ad voluntariã mortẽ cõpulit, vt ait Valer. li. 9. c. 2. Nonnullis quidẽ virtutibus Annibal præditus erat, ſed eas ingẽtia vitia æquabãt, inhumana crudelitas, perfidia plus quã punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus Dei metus, nullũ iuſiurandum, nulla religio, vt Liuius ſcribit.

Acer. poris dotib. Nullo quidẽ labore, aut corp⁹ Annib. ab initio fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris, & frigoris patiẽtia par, cibi potuſq; deſiderio naturali, nõ voluptate modus finitus, vigiliarũ ſomniq; nec die nec nocte diſcriminata tẽpora, id, quod gerendis rebus ſupereſſet, quieti dabatᷓ, ea, neq; molli ſtrato, neq; ſilentio acerſita: ſed tantũ id corporis bona luxuria fregit, maximè Cãpana, per quàm vtilis Imperio Rom. Inuictũ .n. armis Annibalem illecebris ſuis complexa, vincendũ Romano militi attribuit. Illa vigilãtiſſimũ ducẽ, illa exercitũ acerrimũ dapibus largis, abundanti vino, vnguentorũ fragrantia. Veneris vſu laſciuiore ad ſomnũ ac delitias euocauit, at tũ demũ fracta, et cõfuſa punica feritas eſt, cũ Seplaſia, & ei Albana caſtra eſſe cęperunt. Quid ergo his vitijs fędius? q̃bus virt⁹ atteritᷓ, victoriæ langueſcũt, ſopita gloria

ria in infamiam conuertitur, animique pariter, & corporis vires expugnantur, adeo, vt neſcias ab hoſtibus, nè ab illis capi pernicioſius habendum ſit, vt ait Valerius Maximus lib. 9. cap. 1.

Opes, quas apud milites plebẽq; pluſ. q̃ modicas habebat, aſſiduis rapinis auxit, quibus hoĩum animos ſolicitauit, & corrupit, vt largitionib. ſibi fauorẽ aucuparet, viamq; ad dominationẽ pſtrueret. Libido enim maxima inuaſerat Reipublicæ capiundæ, ſibiq; regnum parandi. *A fortunæ bonis.*

Ingratos Carthaginen. appellat Valer. Maxim. quod in aĩum induxerint è conſpectu ſuo ſubmouere Annibalem, qui pro eorũ victoria tot Imperatores, totq; exercitus Roman. trucidauerat. Sed illi iudicio meo prudentes, iuſtis rationib. adducti, nocentiſſimã beſtiã relegarũt, inter turbatorem publice pacis, totque cladium autorem truculentiſſimum.

Eiectus igitur in exiliũ, ad Antiochũ Regem Syriæ confugit, quo victo, ad Pruſiam Bithyniæ Regem cõceſſit, vnde Romam legatione repertus, hauſto, quod ſub annuli gemma habebat, veneno, abſumptus eſt: ita morte non glorioſa ſuccubuit, vitam inſecuta turpiſſimã.

Peſtilens, & crudelis C. Flamin. erat, q miſerabilis illius ad Thraſymen. pugnæ cauſa fuit: Sed longè peſtilentior, atque crudelior Annib. illum ſemel Rempub. affligere ſtultitia coegit, hunc aũi furor ad maximas clades ſępenumero ptraxit. *A comparatione.*

Digitized by Google

Concluſio. Plura dicere ſuperſedeo, ineptus enim haberi poſſem, ſi crimina Annibalis omnia, quæ nullum nocendi finem habuerunt, ſtuderem exigua, quam habet oratio mea, facultate complecti.

Cap. 10. DE COMPARATIONE, qua σύγκρισις Græcè.

COmparatio eſt oratio, ex collocatione aliquid diſquirens, quo id, quod comparatur in manus extollat, aut oſtẽdat æquale.

Comparantur aũt, vel bona bonis, vel bona malis, vel mala malis, vel parua maioribus conferuntur. Prorſuſque comparatio duplicem habet, vel laudem, vel vituperationem, vel alterutrum ex laude, vituperationeque compoſitum. Omnis autem comparationis locus admodum difficilis eſt, præſertim ſi parua maioribus conferas.

Comparari verò omnia poſſunt, quæ laudari, quæque vituperari:

Perſonæ,
Res,
Tempora,
Loci,
Irrationalia animalia,
Plantæ.

Non oportet autẽ comparantẽ totas res totis conferre, id. n. ſupinum, inefficax, & nequaquam eſt pugnax, ſed capiti caput conferendum, hoc enim vehemens; atque diuidere totas, laudis eſt, nõ comparatio autẽ in hoc non eſt poſita, quando

do totũ hoc præexercitamentum comparatio vocatur: vt,

Comparatio Achillis, & Hectoris.

VOlenti mihi virtutẽ conferre virtuti, cum Achille haud immeritó componendus fuerit Hector. Sunt quidem ipſę per ſe virtutes nimirum abundé honeſtæ, comparatæ tamen, admirabiliores videntur. *Proœmium.*

Patria ergo nati ſunt non eadẽ, laudata tñ vterque. Ille enim in Phthia, vnde Græciæ ipſius primum prodijt cognomentum: hic veró Troiæ, cuius conditores Deorum quoque promiſuerunt. Quód ſi tali natũ eſſe loco affert aliquid ad laudem, nihil quidem hac in parte Achilli poſt habendus eſt Hector. *A loco*

Nati autẽ vterq; præclara patria, parẽ quoq; generis habuerũt dignitatẽ, vterque.n. ad Iouẽ originẽ ſuã initiumq. generis ſui refert. Pelei .n. filius Achilles fuit Aeci veró Peleus, & Aeacus Iouis. Sic quoq; Hector Priami, Priamus autẽ Laomedõtis, et Dardani Laomedõ filiꝰ, Dardanus quoque Ioue prognatus eſt. *A parentib.*

Progenitore aũt Ioue nati vterq; reliquã quoq; maiorẽ ſeriẽ habuerũt claritudine æqualẽ. Vt .n. Achilles Aeacũ habuit, & Pelea, quorum ille Græcos a ſiccitate, penuriaq; liberauit. Hic Lapithis deuictis ob egregiam virtutem Dea cõiugiũ eſt aſſecutus. Sic Hectoris Dardanus progenitor fuit, Deorũ primum dignus habitus cõuictu, pater aũt Pria- *A maioribus.*

mus imperauit vrbi, cuius muros ipſi quoq; Dij, fundarũt. Qđ ſi nõ minus eſt, q̃ Deæ ſortitũ eſſe coniugia, Deorum, idq; optimorũ, menſa conuiuioq; vſum eſſe, nihil eſt, quod quiſquam maiorum gloria Hectori præferat Achillem.

Ab educatione. Talibus aũt, vterque maioribus procreati, ambo ad fortitudinis ſe ſtudia contulere. Et ille quidẽ a Chirone educatus eſt: huic Priamus ipſe p̃ceptor, velut naturæ quadam via, virtutis monumenta tradebat. Par itaque, ſimiliſque ducatio parem vtrique cõciliat laudem.

A reb. geſtis. Vt aũt ad virile peruenere robur, eodẽ in bello par vterq; animi, virtutiſque ſpecimen p̃buerunt. Hector.n. Troianos ducebat, ſoluſq; velut obex, propugnaculumq; ciuitati datus, tuebatur ipſam, ſtetitq; quãdiu fauẽtib. dijs, & auxiliãtib. eſt vſus. Cadẽs deinde, ipſam quoq; Troiã poſt ſe traxit atq. euertit. Achilles vero Græcorũ præerat armis, terroreque oẽs vincebat Troianos, Palladis fultus numine atq; auxilio, occũbenſq; ſpẽ victoriæ in reliquũ abſtulit Græcis.

A morte. Et ille quidẽ victus a Pallade interijt, hic aũt cecidit ab Apolline cõfeſſus. Natiq; ambo ex dijs, ambo quoq; Deos habuere mortis autores, vtq; diuini⁹ generis initia, ita vitæ etiã exitum accepere. Qđ ſi ſimilis vtriq; vita fuit, ſimiliſque mors vtrũq; abſtulit, q̃d eſt quo nõ Hector par ſit, quoq; cedere debeat Achilli.

Plura erant, quæ dicerem de vtriuſq; virtute,

Digitized by Google

virtute, niſi quemadmodum in his, quæ dixi, ita in reliquis per omnia ipſorum gloria eſſet æqualis.

Scholia.

COmparatio ſecundum Priſcianũ eſt, vel ſimilium, vel diuerſorum, vel minorum ad maiora, vel maiorum, ad minora collatio.

Differt ab ea, quæ inter Schemata ſententiæ numerum a Rhetoribus, quòd hæc breuis ſit exornatio, illa exercitationis ſtudio ſuſcepta, inſtar laudis, vel vituperationis fuſius tractari ſolet.

Bona bonis, &c. Vt ſi Aeneam Numæ comparueris, Sapientiæ fortitudinem, iuſtitiam pietati.

Bona malis, &c. Bonitas .n. ex malorum cõparatione magis eniteſcit ac effulget, vt Sapientia comparata ſtultitię, pax diſcordiæ, Sobrietas ebrietati.

Mala malis, &c. Vt ſi ebrietas cum adulteria conferatur, Philippus Echeto, Procuſtes Phalaridi.

Parua maioribus, &c. Res exiguę verbis attolli poſſunt, vt ſi ex muſca feceris elephantum.

Duplicẽ hẽt laudẽ, &c. Per loca laudis ꝓceſſuri, cõparabimus, & vrbẽ vrbi, ex qua ſunt viri, & genus generi, & victũ victui, & profeſſiones profeſſionibus, et geſta geſtis, et ea, q̃ accidũt extrinſecus, vt diuerſos mortis modos, & q̃ eã ſunt ſecuta. Similiter ſi arbores cõparare volueris, & cõferes ẽt ꝑſidentia eis nomina,

na, & loca in quibus naſcuntur, & fructus, & vtilitatem, & ſimilia. Res quoque ſi compares, & extolles, qui primi eas inuenerint, & eos conferes. Præterea qualitatem animi, & corporis.

Alterutrum, &c. Alterutrũ aliquando vituperantes, alterutrum laudamus: vt ſi comparemus iuſtitiam, & diuitias.

Locus difficilis, &c. Vnde fortem, vt priſcianus ait, oratorem exigit, & callidum, & celerem, vt agiles poſſit ſemper facere tranſitiones.

Perſonæ, &c. Vt in orõne pro cluentio, vbi Mileſia, et oppinacius conferuntur. Illa a ſecundis hæredibus pro abortu pecuniam acceperat: Hic idem effecerat per alieni corporis cruciatum.

Res, &c. Ita conferri poterit Academia aliqua cum alia: vrbs cum vrbe, locus cum loco, &c.

Tota res totis, &c. Nõ fuerit neceſſe inquit, vt aliquã rẽ per oẽs ſuas partes cũ alia conferas, vt caput Demoſthenis cũ capite Cicer. humeros cũ humeris, manus cum manibus, pedes cum pedibus. Sed magis, vt ſecundum locos generis demonſtratiui compares genus Demoſthenis cum genere Ciceronis, patriam cum patria, educationẽ cum educationes, res geſtas cum rebus geſtis, &c.

Nõ eſt poſita, &c. In hoc cõparationis progymnaſmate nõ eſt cõparatio caput, quia cõparatio eſt tota præexercitatio.

Non. Non quidem eſt caput, ſed comparatio dif-

diffuſa per omnes locos, atque partes.

Phthia, &c. φθία ὅθεν ὁ τοῖς ἑλλάδιος προῆλθεν ἐπώνυμος. Vnde Helladis cognomentum prouenit. Eſt aũt Phthiam Theſſaliæ oppidum, & regio, Achillis patria illudis. Dido apud Ouid. in Epiſt. Non ego ſum Phthia, magniſque oriunda Mycenis.

Hinc Phthius Idem in Briſeide.

Quàm ſine me Phthijs caneſcant æquora remis.

Pompon. Mela Phthia in Phthiotide ponit, regione Græca. Et Helias, Achaię regio, olio nomine Attis dicitur. Eadem Theſſalia cognominata fuit, authore, Plin. lib. 4. c. 7. Plura apud Thucydidẽ lib. 2. Hellines Græci appellati ſunt. Hellas autem dicta fuit a Deucalionis, & Pyrrhæ filio, qui Hellin appellatur.

Troiæ conditores, &c. Apollo, & Neptunus cum Laomedonte, Ilio filio, patre Priami, mercede pacta muros Troianos condiderunt, vnde Ouid. ait.

Vtilius ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi.
Ceciditque ſuperbum. *Vergil. in 3. Aen.*
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.

Pelei, &c. Iupiter, vt Ouid. ait 6. Metamorph. ignem trãsformatus, ex Aegina Aſopi filia, (quàm inde vocat Aſopida) genuit Aeacũ, Aeacus Pelea. Peleus ex Thetide Achillem, vnde ab auo Aeacides appellatur, a patris nomine Pelides.

Priami, &c. Dictum aiunt ἀπό τοῦ πρίαμαι, emo, quòd ab Hercule captus, auro, fuerit redemptus.

Dar-

Digitized by Google

Dardanus, &c. Iouis, & Electræ filius. Ouid. 4. Faſtorum:

Dardanon Electra, qui neſcit Atlantide natum,
Scilicet Electa concubuiſſe Iouem?

Hinc Dadrania dicitur Phrygia. Sicut a Dardani filio Troe, Troia. Ab illo Trois filio, Illios, vel Ilion.

Alij genus Hectoris paulo aliter deriuãt, Iuppiter inquiũt, ex Electra genuit, Dardanum, Dardanus Aſſaracũ, & Ilũ, Ilus, Laomedontem, Laomedon, Priamũ, Priamus, Hectorẽ. Vide Tortelliũ.

Græcos liberauit, etc. Aeacus iã cęteris virtute p̃ſtitit, vt, cũ maxima ſiccitate in Græcia plurimi hoĩum corrũperentur, nullumq; malo huic auxilium inueniretur, poſtquã magnitudo calamitatis excreuit, eũ ciuitatũ principes adierũt, rogantes, vt tm̃ malum, tantamq; peſtem ab eis propulſaret: aſperabant .n. ꝑpter ipſius generoſitatem, atq; eximiã pietatem, quàm celerrimè a Deo pręſentium malorũ liberationem inuenturum. Nec ea ſpes eos fefellit. Itaque voti cõpotes facti in Aegina, vbi votum ille præceſque fecerat, cõe omnibus Græcis sacrũ ædificauere. Atque ex eo tempore, donec inter homines fuit, ſumma cum gloria vitam duxit. Poſtquam verò migrauit é vita, cum apud Plutonem proſerpinamque maximos honores aſſecutus eſſet, ad iudicandas animas, ſed var. é eis aſſediſſe fertur. Plutarchi Euagora.

Lapithis deuictis, &c. Hi Theſſ. populi,

Ixio-

Ixionis, & Nubis filij, frenorũ, & ſtratorum inuentores Virg. 3. Ge.

Frana Pelithronij Lapitha, gyroſque dedere Luc. lib. 6.
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.
Exiluit primus chalbem, franoſque momordit.
Theſſalicus ſonipes, bellis feralibus omen,
Spumauitque nouis Lapitha domitoris habenis.

Plura de Lapithis, & Centauris apud Ouid. 12. Metamor.

Deæ coniugium, &c. Hoc eſt, Thetidos. Fuit autem Thetis θέτις pelei vxor, Achillis mater, vt Tethy τηθύς Cœli, & veſtæ filia, Neptuni coniunx, mater Nympharũ. Hoc primã producit, illud autem corripit. Virgil. 1. Georgicorum; Thetis
Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis
Claudianus lib. 1. de raptu Proſerpinæ:
Hinc latrat Getula Thetis Lilybaaque pulſat littora
Laua tenent Thetis, & Melite, Panopaaque virgo. Virgil.
Ob egregiam virtutẽ, &c. Cum peleus in pugna contra Centauros ſtrenuè dimicaſſet, multiſq; alijs bellis atque periculis probatus eſſet, Thetida, Nerei filiã, immortalem quamuis ipſe mortalis, vxorẽ meruit, atque ex omnibus, q̃ ante fuere, ſolum in iſtis nuptijs Hymenæũ Deos cantaſſe ferunt, vt ait Plutarchus.

A Chirone educatus, &c. Centauri ἀπό τοῦ κεντεῖν, hoc eſt: a pungendo, aut ſtimulando dicti, equorum ſtimulatores. Quorum vnus erat Chiron, Saturni, & Phyllirae filius, optimus Citharœdus, Medicus, Aſtrologus. Abeo muſicam Achilles didicit. Ouidius 1. de arte. Chiro.

Phyl-

Digitized by Google

Phyllirides puerum cithara præfecit Achillem.
Aeacidæ Chiron, ego ſum præceptor amoris.

Ab eodẽ medicinã Aeſculapius, Aſtrologiam Hercules dicit. Fuit aũt iuſtiſſimus omnium, qui cũ tractaret ſagittas Herculis, vnaq; lapſa pedẽ vulneraſſet, poſt nonum diem inſignũ Sagittarium verſus dicitur. Ouidius 5. Faſtorum.

Nona dies aderat, cum tu, iuſtiſſime Chiron.
Bis ſeptem ſtellis corp racinctus eras

Propugnaculũ, &c. πραβολος. accipit ꝓ tutore, defenſore, ꝓpugnatore. Alias dr̃ ſcopulus, vel eminens in mari ſaxum.

Fauentib. Dijs, &c. Troia tantiſper fauentẽ Deum habuit, nec capi potuit, dũ fata Troianorum permãſerunt integra. In fatis autem fuerunt, vt aiunt, Troili vita palladij conſeruatio, illæſum Laomedontis ſepulchrum, Equi Rheſi.

Victus a pallade interijt, &c. Hector ab Achille fuit interfectus, vnde Virgilius in primo:

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

Sed palladem habuit adiutricem, συγαγωνίζομένην, in pugnaſociam.

Ab Apolline, &c. Paris Achillem interfecit, in Apollinis Thymbręi templo, ſed ab Apolline directis in Achilleũ corpus ſagittis. Virg. in 6.

Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores.
Dardana, qui Paridis direxi tela manuſque
Corpus in Aeacidæ.

Ouid. 13. Metamorph.

At poſtquam cecidit Paridis, Phœbique ſagittis.

Plu. Plutarchus in cõparatione Lyſandri, & Syllæ,

Syllæ, ait, Achillem interfectum a Paride inter portas.

Comparatio Demoſthenis, & Ciceronis.

SI non paruã laudem merentur, q̃ diuinorũ ingeniorũ gloria, cæterarũq; rerum conſpicuarũ clar ſtate pares enituerunt, non vulgarem ſibi vendicant Demoſthenes, & Cicero, quos viros sũmos per omnia pares natura produxit. *Exordium.*

Patriam vterque ſortitus illuſtrem, ille Græciam, vberrimũ Atticæ eloquentiæ fontem. Hic Italiam, Latinæ linguæ parentem facundiſſimum. *A patria.*

Obſcuro natus vterque parenta, clariſſimus euaſit. Ille patrem vix ſæculo ſuo notum habuit, vt inquit Valerius: de huius item patre nihil, (vt Plutarch. inquit) certum eſt proditum. *A parẽtibus.*

Generis ſeriem, q̃ a maioribus humilem, & in gloriam acceperunt, ita virtutibus proprijs illuſtrarunt, vt maxima laudis claritate polleant in æternum. *A maiorib.*

Ingeniorũ ſpecimen ſub prima iuuenta ſtatim emicuit. Vnde bonas inter diſciplinas educati, & præclaris artibus dicendi protinus addicti, ſummos in oratores euaſerunt, ſummamque è foro, curiaque gloriam ſibi quæſiuerunt. *Ab educatione.*

Ab optimis pręceptorib. inſtituti fuerunt: Demoſthenes ab Iſæo eloquentiſſimo doctore: Cicero a Philone Academico, & Moloni apollonio, viris in docendo diſertiſſimis. *Ab inſtitutione.*

Cicero

Ab exercitatione Cicero Græcè, & Latinè declamãdo ſe plurimũ exercuit cũ M. Piſone, & Q. Põpeius, & Demoſthenes vadoſis littorib. inſiſtẽs, declamationes fluctuũ fragorib. obluctantib. edebat, vt ad fremitus concitatarũ conciorũ patientia duratis aurib. in actionib. vteretur, vt ait. Valerius. Fertur, & Cicer. primum in pronũciatione non minus, quàm Demoſthenẽ laboraſſe, vnde omni cura, & Roſcium Comicum, & Aeſopũ Tragœdum obſeruaſſe traditur, vt ait Plutarchus.

Ab animi dotib. In vtroq; refulſit ĩtegritas, beneuolẽtia, et humanitas, vnde cũ Demoſthenes ab Athenıẽ. populo iuſſus eſſet accuſare quendã, recuſauit id facere: vt ergo aduerſus eũ reclamatio populi quẽadmodũ conſueuit, facta eſt, ſurrexit Demoſthenes, & inquit. Vos me, viri Atheniẽſes, conſultorẽ habetis ẽt inuiti, calumniatorem veró, nec ſi velitis quidem. Et Cicero cum pręfectus annonę eſſet, ſortitus Siciliã in miſſione frumenti, quam apud vrbẽ agere coactꝰ erat, pleriſq. Siculis moleſtꝰ grauiſq; videbatᷣ, ſed mox cũ eius integritatẽ, humanitatemq; experti forent, eũ veluti numẽ ex alijs ducibus ſuis honore ſummo dignitati sũt.

Ad rẽpub. ſalutis publicæ conſeruãdæ ſtudio ſe cõtulere. Nactus autẽ Demoſthenes vberẽ in Rempub. materiam, & honeſtã, pro Græcorũ libertate aduerſus Philippũ, & in ea præclarè decertãs, cõfeſtim nomen, & gloriã aſſecutus eſt.

Nec

Nec ſolũ, vt diſertus, verum ẽt, vt fortis vir ſuſcipiebatur, vt admiraretur ipſum Græcia, obſeruaret Perſarum Rex, plurimus apud Philippum ſermo eſſet, confiterentur aduerſarij, ſibi aduerſus prȩclarũ virũ eſſe certamen. Et Cicero maximis periculis Rempub. liberauit. Vnde Iuuenalis Satyr. 8. eleganter inquit:

Quis, catilina, tuis maiorib. atq. Cethegi
Inueniet quicq̃ ſublimius? arma tñ vos,
Nocturna, et flammas domibus, ariſque paraſtis,
Vt Braccatorũ pueri. Senonũq. minores
Auſi, quod liceat tunica punire moleſta.
Sed vigilat conſul, vexillaq; vr̃a coercet
Hic nouus Arpinas ignobilis, & modò Romæ
Municipalis eques, galeatũ ponit vbiq;
Præſidiũ attonitis, & in oĩ gẽte laborat.
Tantũ igĩ muros intra toga contulit illi
Nominis, & tituli, quantum non Leucade, quantum
Theſſaliæ cãpis Octauius abſtulit vdo,
Cædibus aſſiduis gladio: ſed Roma parentem,
Roma patrẽ pr̃iȩ Ciceronẽ libera dixit.

Auctoritas in Republ. par fuit, p̃ſidio vterq; militariũ hoĩum legebat Demoſthenes Charetis, Diophetis, Leoſthenis. Cic. Põpeij, Auguſti, id qđ Auguſtus ipſe ad Agrippam, & Mecȩnatem ſcribit. *Ab authoritate.*

Duos Rhetores alios haud ĩuenio, qui ab obſcuris paruiſq; facti ſunt tanti, qui Tyrãnis ſe Regib. obieccerint, filias emiſerint, *A Similiq̃ morte*

ſerint,

Primo belli Macedonici libro apud Liuium, alioſque authores.

Item Philippum cum Alexandro, apud Iuſtinum lib 9

Item ex Plutarcho petas licebit exempla comparationum.
- Publicolæ, & Solonis.
- Alcibiadis, et Coriolani.
- Periclis, & Fabij.
- Annibalis, & Scipionis.
- T. Flaminij, & Philopœmenis.
- Ariſtidis, & Catonis.
- Timoliconis, et Aemilij.
- Lyſandri, & Syllæ.
- Ageſilai, & Pompeij.
- Dionis, & Bruti, &c.

Cap. II. DE ETHOPOEIA.

Ethopœia eſt imitatio, & expreſſio morum perſona ſubiecta.

Imitationis autem tres ſunt differentiæ.
- Ειδωλοποιΐα
- προσωποποιΐας
- Ηθοποιΐα.

Eſt quidem Ethopœia, quæ notam habens perſonam, mores ſolum effingit; vt qualia faceret verba Hercules, Euryſtheo ſibi imperante. Hic notus quidem eſt Hercules, dicentis verò effingimus mores.

Idolopœia eſt, quæ perſonā habet notam, ſed defunctam, & loqui non potentem, quemadmodum, ἐν Δήμοις Eupolis finxit, & Ariſtides ἐν τῷ ὑπὲρ τῶν τεσσάρων. Vnde etiam Idolopœia vocatur.

Proſopœia eſt, quando finguntur oīa, &

& mores, & perſonæ, quemadmodum Menander fecit argumentũ. Argumentum enim, nec rem, nec perſonam habet propoſitam, vnde Proſophœia eſt dicta fingitur, en ipſa cum moribus perſona.

Dicitur autem Ethopœia, nanque alia.

- Paſſiua, q̄ exprimit adfectum ad quē pertinent, q̄ prorſus animi ſignificāt motũ, vt qualia verba Hecuba faceret Troia ſubuerſa.
- Moralis, q̄ mores ſolos depingit, vt q̄d diceret mediterraneus primũ conſpicatus mare.
- Mixta, q̄ mores habet pariter, et affectum, vt qualia loqueret̃ Achilles ſup occiſo Patroclo cũ pugnare d̄creuiſſet. Mores enim cõſilium habet, adfectum verò amicus occiſus.

Ethopœiam veró tractabis dicēdi genere dilucido, breui, florido, diſiuncto, omni flexu, atque figura remota. Proq; capitibus diuides tribus ipſam temporibus: præſente, præterito, & futuro.

Exemplum Ethopœiæ paſſiuæ, continens, quæ verba dicere poſſet Niobe, iacentibus liberis.

Exordium a

ME miſeram, q̄ aliam p̄ alia deflebo calamitatē, orbata nũc liberis

ris,quib.ante fueram inſignis? Quæ co- *præſenti.*
pia infælici mihi ad quã redacta eſt ino-
piã? non ſum iam miſera vnius filij mater,quæ antea tã multis conſpicua incedebã. At quantò ſatius foret ſterilẽ fuiſſe potius,quã in lachrymas, atq. luctus fæcundam ? Longè .n. infæliciori loco ſũt hæ quæ orbitatẽ ſuã deflent,eis quæ nunquam pepererunt. Hoc.n. quod experimentum amoris filiorum ſumpſerunt,deſtitutis poſtea acerbiſſimum eſt.

Sed infælicẽ me, quæ parẽ ei qui me
genuit,ſum experta fortunã. Orta enim *A præterito.*
ex Tantalo, qui cõuictu Deorum fælix, tandẽ ab ea eſt Deorum amicitia euolutus; huius quoq. cladibus meis approbo me eſſe genus. Coniuncta enim ſum Latonæ, perq. hanc ipſam nunc his opprimor malis, & ipſius familiaritatem filiorum orbitate deploro. Hicq; mihi finis eum Dea cõuictus,vt in calamitatib. degam. Prius namq. quã ipſi ſum cognita Latonæ, fælicior ipſa fui mater. vt autẽ ſum illi notior facta, deſolata ſũ liberis, quorũ antea quàm me noſſet ipſa, inſigni fui multitudine beata. Iacet ille ſexꝰ vtriuſq; lætus numerus mihi ſummum in luctũ. Quò me vertã infælix? ad quæ deflectar? quod mihi ad tot defunctos liberos ſufficiet ſepulchrũ? Miſeramine in tantis malis meis ipſe quoque me deſerit calamitatũ mearum honor, & infœlici iuſſu intermittuntur.

Verũ enim veró quid iſta queror, ac *A futuro.*

deploro, cũ a Dijs, vt me in aliam naturam tranſmutent, impetrare liceat? Vnum hoc miſeriarum mearum video remedium, vt in alicuius, quod ſenſus vtraque ſit expers, formam commutet: Sed vereor miſera, ne & ſic quoque, quamuis mutata, inter lachrymas agere non ceſſem.

Scholia.

ETHopæia, a Priſciano vocatur allocutio, ſermonis imitatio, ad mores, & ſuppoſitas pſonas acõmodata. Quin. lib. 9. c. 2. Imitatio, inquit, eſt morũ alienorum, quæ ἠθοποιΐα, vel vt alij malunt μίμησις dicitur, verſatur & in dictis, & in factis. Expreſſio morum eſt, & adfectuum, vnde nomen habet.

Hercules Euryſtheo, &c. Hercules Iouis & Alcmenæ filius. Vide Ouid. 1. Met. 9. Dictus quaſi aeris gloria, Macr. 1. Satur. c. 20. Reuera Herculem ſolem eſſe, vel ex nomine claret. Hercules. n. quid aliud eſt, niſi hæras, i. aeris cleos? quæ porrò aeris gloria eſt, niſi ſolis illuminatio, cuius receſſu ſpiritus occulitur profunditate tenebrarum, Coactus fuit multa adire pericula. Iunone impellente, & imperãte Euryſtheo. Vide Boccatiũ lib. 12 c. 34. Fuit autẽ Εὐρυσθεὺς Steneli Mycenarũ Regis filius Oui. 1 Epiſ.

Quem non mille feræ, quem non Stenel eius hoſtis].
Non potuit Iuno vincere, vincit amor.
Virg 1. Aen. *Duros vt mille labores*
Rege ſub Euriſtheo fatis Iunonis iniquæ.
Pertulerit.

Εἰδω-

Digitized by Google

Εἰδωλοποποιΐα &c. Hāc ſimulachri fictionē appellat Priſcianus. Fit cum mortuis verba dantur. Quod facit Cicero ꝓ Cælio, verba dans Appio Cæco contra Clodiā. Liuius lib. 6. belli Punici: Si ab feris exiſtat Rex Hiero, fidiſſim⁹ imperij Rom. cultor, quo ore, aut Syracuſas, aut Romā ei oſtendi poſſe, cum vbi ſemirutā, ac ſpoliatam patriam reſpexerit, ingrediēs Romā in veſtibulo vrbis propè in porta ſpolia patriæ ſuæ viſurus ſit? Item, Cicero in confirmatione: Quòd ſi nūc L. ille Brutus reuiuiſcat, & hic ante pedes veſtros adſit, non hac vtetur ōrōne? Ego Reges ieci, vos Tyrānos intro ducitis, Ego libertatem quæ non erat, peperi, vos partā ſeruare non vultis? Ego capitis mei periculo patriā liberaui, vos liberi ſine periculo eſſe non curatis.

Item Hector occiſus apud Virgilium in ſecundo.

Heu fuge, nate Dea, teq́ hìs, ait, eripe flammis
Hoſtis habet muros, ruit alto culmine Troia:
Sat patriæ, Priamoq́ datum, ſi Pergama dextra
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.
Sacra ſuoſque tibi commendat Troia penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto.

Item Polydorus in tertio.

Quid miſerum, Aenea, laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus, non me tibi Troia
Externum tulit, haud cruor hic de ſtipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego, hic confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.

Digitized by Google

Idē apud Euripidē in Hecuba, inquit Sū profectus à profundis manibus, &c.

Εν δήμοις Eupolis, &c. In comædia cui nomen id fuit inditum. Eupolis autem erat veteris cuius magna fuit licentia, comædiæ ſcriptor.

Hor. 1. ſer 1. *Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque poeta,*
Atque alij quorum comœdia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant, &c.

Submerſus aūt ille fertur ab Alcibiade, ꝙ quædam illius crimina carpſiſſet.

Ariſtides, &c. Hic in oratione quadā Rhetoricem defendit, & encomion cecinit introductorum quatuor, Themiſtoclis Miltiadis, Cimonis, & Periclis.

Proſopopęia, &c. Hāc Priſcianus reddit conformationē. Quæ eſt, quādo alicui rei cōtra nām datur perſona loquendi. De qua vide Cicer. quarto ad Herenniū. Idem patriā loquentē facit in Catilinā, inquiens. Nullum iā tot annis facinus extitit niſi per te, nullū flagitiū ſine te, tibi vni multorū ciuiū neces, tibi vexatio, direptioq; ſociorū impunita fuit ac libera. Tu nō ſolū ad neglıgendas leges, et quęſtiones, verū ēt ad euertēdas, perfringendaſq. valuiſti. Superiora illa quāquā ferenda non fuerunt, tamen vt potui, tuli. Nūc verò me totā eſſe in metu propter te vnū, quicquid increpuerit Catilinā timeri: nullum videri cōtra me cōſiliū iniri poſſe, quod a tuo ſcelere abhorreat, nō eſt ferendū. Quamobrē diſcede,

ſcede, atque hunc mihi timorem eripe; ſi verus, nè opprimar: ſin autem falſus, vt tandem aliquando timere deſinam.

Et Ouidius 2. Metamor. introducit Tellurem, ita loquentem.

Si placet hoc, meruitque, quid ò tua fulmina ceſſant.
Summe Deum? liceat peritura viribus ignis
Igne perire tuo, clademque authore leuare;
Vix equidem fauces hæc ipſa in verba reſoluo,
(Preſſerat ora vapor) toſtos en aſpice crineis,
Inque oculis fumum, volitant ſuper ora fauillæ.
Hos ne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem,
Officijque refers, quod adunci vulnera aratri,
Raſtrorumque fero, totoque exerceor anno?
Quòd pecori frondes, alimentaque, mitia fruges
Humano generi, vobis quoque thura miniſtro?
Spartana, vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalice, volucremque fuga præuertitur Hebrum,
Namque humeris, de more, habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, dederatque comam diffundere ventis,
Nuda genu: nodoque ſinu collecta fluenteis.

Virgil. in 1.

Lætus erat humeris, &c. Verba ſunt Vlyſſis, ad Penelopen, Odyſſeæ 19. Ille ſe Cretenſem eſſe ſimulabat. Interrogatus igitur a Penelope de Vlyſſe, habitũ eius deſcribit, & amicos, in quorum numero Eurybaten præconem fuiſſe recenſet.

Qui γυρὸς ἐν ὤμοισι, μελανόχροος, οὐλοκάρηνος, Rotundis humeris, nigricolor, & criſpus crine. Aphthonius habet γυρὸς ἦν ὤμοισι μελάχροος, &c.

Deſcribuntur res, &c. Cũ videlicet id qđ fit, aut factum eſt, non ſummatim ac tenuiter exponimus, ſed oĩbus fucatum colorib. ab oculos ponimus, vt auditorẽ, ſiue lectorẽ iã extra ſe poſitum, velut re theatrũ anocet. Quã ab effingenda rerũ imagine, ἀποτύπωσιν, Græci vocant, etiã

ſi vocabulũ hoc cõe eſt, quoties aliquid oculis ſubijcit, veluti ſi quis expugnatã ciuitatẽ dicat, cuncta nimirũ in ſumma cõplectitur, quæcunq; talis fortuna recipit, vtar.n. Quintilia. verbis. Vt ſi aperias hæc, q̃ verbo vno incluſa erãt, apparebũt effuſæ per domos ac tẽpla flãmæ, & ruentiũ tectorũ fragor, & ex diuerſis clamoribus vnus quidã ſonus, aliorũ fuga incerta, alij in extremo cõplexu ſuorũ cohærentes, & infantiũ, fœminarũq; ploratus, malæq; vſq; in illũ diẽ ſeruati fato ſenes. Tũ illa pphanorũ, ſacrorũq; direptio, aſſerentium prædas, repetentiumque diſcurſus, & acti ante ſuũ quiſque prædonem catenati, & conata retinere infantem ſuũ mater, & ſicubi mai⁹ lucrum eſt, pugna inter victores. Licet enim hæc oĩa complectatur euerſio, minus eſt tamen totũ dicere, quàm omnia.

Nauales, &c. Vt apud Actium Epiri oppidum, & promontorium, vbi Cæſar Auguſtus nauali prælio vicit Antoniũ, & naualis pugna D. Quintij Romani, & Democratis Tarentini apud Liuium, libro 6. ſecundi belli punici.

Pedeſtres pugnæ, &c. Vt pugna Annib. & L. Sempron. apud Liu. 1. belli punici. Apud eundem li. 2. Varro. & Annibalis ad Cãnas Ibidem Annibalis, & C. Flaminij ad Thraſymenũ lacũ. Itẽ equeſtris pugna Iubellij Taureæ, & Claudij Aſelli apud Liu. lib. 3. eiuſdẽ belli. Vide Manut. in prouerb. Cantherius in foſſa.

Hiſto-

Digitized by Google

Hiſtoricus, &c ὁσυγγραφεὺς, per excellentiam intelligit Thucydidem.

Ver, æſtas &c. Verni tpis deſcriptionē hēt horat. Odarū 5. Od. 7. diffugere niues, &c. Porrò temporis deſcriptionem χρονογραφίαν, appellāt. Vnde nō rarò ſumit narrationis initiū. Nonnunquā delectandi dūtaxat gra adhibetur, veluti quoties poetæ diē, noctē, aurorā, aut crepuſculum exprimunt. Sæpius amplificandi cauſa aſſumitur. Virg. 4. Aeneid.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras: ſyluaque, & ſæua qui erant
Aequora, cum medio voluuntur ſidera lapſu.
Cum tacet omnis ager pecudes, pictæque volucres,
Quaque lacus latè liquidos, quaque aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Loci, &c. Huius generis eſt, quoties tota loci facies, veluti ſpectanda depingitur, vt vrbis, mōtis, regionis fluminis: portus, villæ, hortorū, amphitheatri, fontis, ſpecus, tēpli, luci. Quę ſi verę ſint, τοπογραφίας, appellari volunt, ſin fictæ, τοποθεσίας.

Theſprotarū, &c Thucydides l. 1. belli Pelopōneſiaci, Centū, inquit, quinquaginta naues velificātes Leucade tendūt in Chimerion, qđ eſt oræ Theſprotidis. Eſt aūt portus, & ſuper eum vrbs a mari diſtans in paluſtribus Theſprotidos ſita, noīe Ephyre, iuxta hāc exit in mare palus, Acheruſia cognomē nacta, a flumine Acherōte, quē excipit ſinus Theſprotius, ex Maſſide profluentē oraculis aūt fuit Alexā, admonitus, vt caueret Acheruſiam:

ruſiam: hic in Italiā conceſſerat Meminit huius rei, Liu. lib. 8. ab vrbe condita.

A sūmis ad ima, &c. Vt ſi dicas: Totus aīo, & corpore monſtrū eſt, nā quācunque, vel animi, vel corporis partē contēpleris, monſtrū reperies, ingeniū excute, prodigiū inuenies: mores expende, vitā ſcrutare, oīa monſtroſa cōperies: oculos os, vultū, totā deniq. corporis figurā inſpice, quid aliud, q̃ monſtrum præ ſe ferunt? Linguā, & vocē beluinā illā obſerua, portendū dices: pectus, vētrē, pedes conſidera, quid aliud, q̃ beſtiā pronunciabis? Hic ſi quis velit in ſingulis velut depingendis immorari, ſatis apparet quantū vbertatis ſit acceſſurū orationi.

Res ab antecedētib. &c. Vt ſi Carthaginē expugnatā velis deſcribere, proferas oīa, quæ præceſſerunt, deinde oīa, quæ in expugnatione contigerunt, poſtremò, q̃ ſubſecuta fuerūt. Hanc deſcriptionis ſpeciē nōnulli vocant ὑποτύπωσιν, ab effingenda rerum imagine.

Nocturnam in Sicilia pugnē, &c Thucydides lib. 7. belli Peloponneſiaci.

Qūo gerebantur, &c. Ancipiti, ſ. prælio Noctu quidē fulgebat luna, ſed bellatores, ita ſe inicē cōſpiciebāt, vt cōſpici ad lunā licet. Speciē corpis cernebāt familiarē ab alieno non diſcernebant. E Pōpeius cū Mithridate pugnaturus tp elegit dimicationi nocturnū, ac aciē, ita cōſtituit, vt Pōticorū oculos aduerſa luna perſtringeret, ſuis aūt illuſtrē, et perſpicuum

ſpicuum præberet hoſtem, vt ait Iulius Frontinus lib. 2.c. 1.

Figura tenui, &c. De generib. dicendi Cicero in opere de perfecto Oratore, et quarto ad Herennium. Alij figuras, alij formas, Gell. χαρακτῆρας, appellat, & Aphthonius, χαρακτῆρα ἀειμένον.

Res imitari, &c. Quemadmodum pictor formas rerũ coloribus examuſſim depingit, ita oportet eum, qui res diſcripturus eſt, excutere virtutes, atque naturas earum circunſtantijs expreſſas.

In exẽplũ. Deſcriptio eſt arcis Alexandriæ, q̃ Alexãder condidit per architectum Dinocratem. Vide Solinũ. c. 41. Ammian. Marcel. li. 24. Plutarch. in vita Alexand. Et Diodor. Sicul. Notabis multas, ſecundum Ptolem. Alexand. fuiſſe. Alia ſuper Tanaim in Scythia: Alia in Aſia. Hæc in Aegypto, quæ in orbe prima, aut ſecunda habita. Vide Diodorũ Sicul. lib. 2. de antiquis geſtis. Liu. lib. 8. Qui ait ab Alexandro Epiri Rege conditam Alexandriam in Aegypto. Exordium autem ductum a conditoris conſilio, arciſque commoditate.

Acropolim, &c. Ita vocarũt arcẽ, quaſi sũmitatẽ vrbis Ibi.n. ſolebat arces extrui Et Græci, ἄκρον, ſummũ verticẽ dicunt.

Cliuus quidã, &c. In locorũ regionũq. ſitu deſcribendo diligenter poſitionem eorum ſequi oportet, & orationẽ velut per loca circumferre, in qua, vt primum quodq; occurrit, ſic aptiſſimè primũ dicitur,

citur, autore Rodol. Agricola li. 2. c. 31.

Armaria, &c. Alexandri Muſęi. Strabo meminit, lib. 17.

Perſei, &c. Sunt q intelligant Philippi Regis filiũ, de quo ſic Liu. li. Macedon. bellici. Nec Philippus ſegni⁹ apparebat bellũ, filiũ Perſea puerũ admodũ, datis ex amicorũ numero, q̃ ætatẽ eius regerent, cũ parte copiarũ ad obſidendas anguſtias, q̃ ad Pelagoniã ſunt mittit, Sciathũ, & Peparethũ, haud ignobiles vrbes diruit, &c. Sunt quib. libeat ad Perſea, q Iouis, & Danaes fili⁹ erat, referre: qui Meduſam occidit, & Andromeden alligatam ſaxo liberauit. Propert. lib. 2.

Andromede monſtris fuerat deuota marinis.
Hæc eadem Perſei nobilis vxor erat.

Cuius geſta Aphthonius vocat ἀθλήματα. Vide apud Ouid. 4. Metamor. Vide prouerbium Manut. Gorgonem Perſeus aggreditur. Quod dicitur de egregio facinore.

Quod Deorum antiquorum nomina, &c.

Sunt aũt iuxta quorundam ſententiam, Deorũ antiquorũ gentiũ nomina, Iupiter, Iuno, Neptunus, Minerua, Mars, Venus, Apollo, Diana, & tot, vt Apollo. recẽſet interpres, ſunt a Græcis culti. Ζεὺς, ἥρα, ποσειδῶν δημήτηρ, ἑρμῆρ ἥφαιστος, ἀπόλλων, Αρτέμις, ἑστία, ἀφροδίτη ἀθηνᾶ.

Pyramides, &c. Elato in arctum tendentes erant conſtructæ moles, quorum nonnullæ, tam fuerant altæ, vt miraculi loco fuerant. Vide Solinum, cap. 41.

Paſi-

Piſiſtratarū fonte, &c. Per Piſiſtratas, vel πεισιςρατίδας, intelligit Piſiſtrati nepotes, vel poſteros hoc eſt. Athenienſes, qui pulcherrimum fontem habuerunt, nouem fiſtulis aquam fundentē. Vnde ἐννεακρύνον, appellarunt. Item καλλιρόλω pulchrè fluentem. Cuius meminit Thucydides libro 2 belli Peloponneſiaci.

Stadium, &c. Eius duplicem rationem Suidas tradit. Alteram, qua intelligitur ſpatium, quod homo vnico ſpiritu, curſuque ſuo conficere pōt, quod breuius, non longius pro currentis, aut robore, aut fragilitate redditur. Alteram, quæ Geometrica, qua vtuntur Coſmographi, cuius meminit. Plin. li. 2. c. 33. Continet autem ſexcentos, & 25. pedes.

Exempla deſcriptionum.

Deſcriptionem habes ſubitæ tempeſtatis, apud Virgilium in 1.

Apud eumdem in ſexto, Caci domus.

Diluuij, apud Ouidium 1. Metamorphoſeon.

Inuidiæ, libro 2 Famis. 88. omni 11.

Aetnæ, apud Claudianum, & Gellium lib. 17. cap. 10.

Iuſtitiæ apud Gellium, lib. 14. cap. 4.

Arcis Tarentinæ, apud Plutarchum in vita Annibalis. Et Cleopatræ nauis in vita Antonij.

Crotonis, apud Liuium, l. 4. belli punici.

Cyzici, apud Florum, lib. 3 cap. 5.

Tem-

Templi Hammonis, ideſt, Iouis Arenarij, apud Diodorum Sicul. in geſtis Alexand.

Deſcriptio habitationis Sancti Antonij, apud D. Hieronymum, in Hilarionis vita.

SAxeus, & ſublimis mons per mille circiter paſſus ad radices ſuas aquas exprimit, quarum alias arenæ ebibunt, aliæ ad inferiora delapſæ, paulatim riuũ efficiunt, ſupra quem ex vtraque ripa palmæ innumerabiles, multum loco, & amęnitatis, & commodi tribuunt. Hic pſallere, hic orare, hic operari, hic feſſus reſidere ſolitus erat. Vites, & arbuſculos plantauit. Areolam manibus ſuis ipſa compoſuit. Piſcinam ad irrigandum hortulum multo ſudore fabricatus eſt. Erat autem cellula non plus menſuræ, per quadrum tenens, quàm homo dormiens extendi poterat. Præterea in ſublimi montis vertice, quaſi per cochleam aſcendentibus, arduo valde viſu, duræ eiuſdem menſuræ cellulę viſebantur, in quibus venientium frequentiam, & diſcipulorum ſuorum contubernium fugiens, moratus eſt. Verum hę inviuo exciſæ ſaxo, oſtia tantum addita habebãt.

Deſcriptio Cymnaſtica domus cuiuſdam viri.

SI nemo tingitur, aut ſugillat, ꝙ Plin. omnem villæ ſuę: Laurentis formã ſitum-

ſitumq; calamo depinxit, q̄ (malū) inſolentia fuerit, me naſo ſuſpensū, aut calūnijs proſciſsū iri, ſi ad imitationē prudētiſſimi viri nouā meā, q̄ in patria (nō vetuſtatis, aut vanæ iactātiæ, ſed vrgentis, q̄ incendia fecerunt, neceſſitatis cauſa) modo fabricor, domū deſcripſero. Et cū diuerſis ab autorib. varia rerū ēt humillimarum genera videamus deſcripta eademq; extra omnē interpretantiū malignitatem poſita, quis, niſi Momo ſit iniquior, mihi vitio dederit, qđ multorum honeſta imitatu exēpla ſecutus ego, muſā meā delineauero? Quæ longitudine multo ſpatioſior, q̄ latitudine, proprius, Aquilegiū, ſiue puteū ciuicū N. cōſtructa vr̄ inſula, Cuius lapideus, quo vndiq; cingit̃, paries altus eſt triginta duos pedes, craſſus aūt in fundamēto quatuor, ī ſublimi tres duos ī effoſſa terra fornices hēt ſatis ꝓfundos, atq; ꝓ facultatib. capaces, feneſtellas modicas ferratas ī curuaminib. in recto ſua continentes armariola. Quorū prior terrā quinq; pedibus ſupereminēs, hypogæū pōt appellari, ꝙ locus ſubterraneus, cellarū variarū, vt oleraceæ, aut ſalſamentariæ vicē explere poſſit. Inde ianua ducit in alterū muro diſcretū, q̄ paulo ꝓfundior, & a ſole remotior, vini apotheca eſt, ſaxo ſtrat⁹, & lacuſculo, vn̄, ſi forté ruptis circulis vinū effluxerit, cōmodū exhauriri poſſit, adornat⁹. Vtriuſq; ī curuo ſolario ſemivnci grādes ferrei ex ordine sūt firmiter, īfixi,

fixi, vt iniectis oblōgis ꝑticis, ſup īpoſitiſq. tabulis conſtituat̃ pomarū, ꝙ oporothecā vocare licet, In imo vtriuſq. fundo terra fuit arenoſa, alicubi ēt galeroſa, ad tolerādā molē grauiorē incōmoda, vnde cōplures ꝓceræ ſimul accraſſæ sūt alni poſitæ, q̄bus aliæ tranſuerſariæ breu. fortiter adfixe, necnō grādiora ſaxa cōferti ī fiſtucis īpacta, firmamentum ſtatuunt īmobile, & q̄d negauit natura, cōpēſant arte. Duos admittūt ingreſſus, alterū anguſtū, ex ipſis ædibus per compēdioſum cochlidiū deſcendentē, alterū multo laxiorē, per quē culearia dolia, magniq. cadi vinarij, ciſijs, aut curribus aduecti deuoluunt̃. Huius tergo ſatis robusto ſupędificata eſt turris hexagonia, podio tenus lapidea, cū muro cui adhæret, domeſtico ſurſum versū ducta, pari craſſamēto. Quę nō vulgarē ędificio cōmoditatē, ornatūq. reddit. Sinū a dextra recipit angulosū, ad flexos ꝓpaginis arcus idoneū. Ibidē planularū firmiorū ianua domus, a platea trib. erecta gradib. pandit atriū, in quo ſtatim quatuor alię conſpiciunt̃, quarū vna, q̄ ſpectat Occidētem, hypocauſto ꝑbet introitū, q̄ Septentrionē, culinæ. Rurſus q̄ Oriētem, duæ ſunt. Altera deducit in cryptā, altera vergit in cōtignationē dom⁹ infimā. Principio gradib. quatuor ex atrio ſcandit̃ in æſtuariū, a culina muro ſeparatū, teſtudinis dorſo prioris īpoſitū, eo ſalubri⁹, quò magis ſublimatū a terrę grauedinoſo

dinoſo

Digitized by Google

dinoſo ſqualore, ſituq. pēminoſore cedit, Ingredienti ſtatim offert a ſiniſtra lapideus aqualis. Ibidē pictu Οὔτις ille, cōqueritur de hoīum, quib. in dies adficit iniurijs, q cū nihil faciat accuſetr iā ꝑperā facere. A dextra baſi ferreæ ſuffulta fornacula, cuius ꝓfurniū peculari ductu fumū trāſmittit ī caminū. Ex aduerſo aūt menſa nō oīno ruſtica, incit egræ, vel abaco proxima. Nec procul in muro ſūt repoſitoria, vbi cū ęnophoris cululi, caliceſq. recōdūtr. Feneſtris illuminatū eſt pellucētib. in qbus, vt ī alijs, refulgēt muſarū, patronorū, atq. Mecęnatū inſignia, cū primis eorū, q aliquid opis abſoluēdo huic ędificio cōtulerūt. Solū aſſerib. abiegnis contabulatū eſt. Mediū eius, qua patet. Meridies, in ima dictæ iā turris ſedē excurrit, q̄ non modo iocundū hoſpitib. diſcūbendi locū, ſed ēt oīa, q̄ tribus in plateis geruntr ſpeculandi facultatē præbet. Sedilia vndiq. poſita, nō ſolū id ſunt, qđ vocantur, ſed ita per ingenioſos arcularios cōſtructa, vt ciſtarū viſtiariarū, aut ēt, ſi velis, ſcrutariarum poſſint officio fungi. Circa eaſdē iocularū variarū per ſtromata, ſiue tapetes, ita picti ſunt, vt verorū deſideratorum eſſe loco poſſint. Quorum in ſuperficie Bias ille conſpicitur, qui cum patriam eius. Prienen hoſtes inuaſiſſent, omnib. quos modo ſæuitia belli incolumes abire paſſa fuerat, pretioſarum rerum pōdere onuſtis fugiētibus, interrogatus, quid ita

nihil

Ille inquit Cicero Paradoxo primo hæc ludibria fortunæ ne ſua quidē putauit, q̄ nos appellamus ēt bona.

nihil ex bonis ſuis ſecū ferret; Ego, inquit, oīa bona mea mecū porto. Pectore .n. illa geſtabat nō humeris q̄ domicilio mētis incluſa, mortaliū, manib. nō potecrunt labefactari. Lacunaria colorib. diſtincta renidēt. Nec tabulæ corona mētis amęnis tortuoſoq. corymborū anfractu cōſpicuæ deſūt, in quibus ex ordine ſupellex ſtānea, vel ænea diſponi poteſt. Applicitū eſt cubiculū dormitoriū, ꝙ ſi voles, diē, clamorē, sōnumq, excludit, vicinū itē calorē recipit atq; retinet, aut, vt rō exigit, effundit. Inibi lectus eſt pedib. illigneis factus, circa quem tota parietis æqualitas hiſtoriā Solonis, atque Cręſi, quæ apud Plutarch. habetur, colorib. expreſſam oſtendit: vt aīum a diuitiarū, mūdanæq; gloriæ curis, (q̄ diu noctuq; diſcruciare ſolent hoīes) abducens ad quietē inuitet, aut magis honeſto ſtudio dignā meditationem ingerat menti. Non procul inde Craſſi caput cū dextra manu recisū, & ad Regē reportatū videt̃, & aurū liquidū in rictū oris infuſum, vt cuius aīus arſerat auri cupiditate, eius ēt mortuū, & exangue corpus auro vteret̃. Et inibi Regina Tomyris caput Cyri amputari, atq; in vtrē humano sāguine oppletū conijci iubet, nō muliebriter increpitās: Satia te sāguine, quē ſitiſti. Loc⁹ illuſtratus eſt trib. binas in muro, ſediculas habētib., feneſtris, q̄ vel Aquilonē ībibere, vel mitiorē, ſi volueris, aurā admittere poſſunt. Quarum

in

in cõfinio nugis vxorijs aptũ loculamẽtũ ẽ, inſertũ muro tali arte, vt ſi fures effregerĩt prima clauſtri repagula, nõ tñ, ꝙ charũ maximè celatim aſſeruari velis, inuenerĩt. Solũ atq; lucanaria reſpõdẽt ijs, quæ sũt in hypocauſto. Coquina ab atrio cãcellatis interſtitijs diſcreta ẽ, vbi foc⁹ ferratis ferramẽtis, alarijſq; ſtipatus & per ꝙ fumus erit (quod alij vocant infumibulum, Græci, καπνοδόχην) ſpiraculũ, ſaxo cõſtructũ eſt. Cuius gremiũ in apſida curuatũ, cacumenq; pedes aliquot altius tecto, moleſtias oẽs fumi, atq; ſcintillarũ euomit in aera, tãtũ, quod carnario ſufficit, relinquẽs. Et vitreæ feneſtræ borealẽ nullã intẽperiem admittũt: ꝓpe quas incluſa muro capſa porrigitur, varijs vſib. idonea. Hĩc aquariolũ, quã nõnulli lauatrinã appellant. Nõ ꝓcul offertur loc⁹ tabulis abiegnis cõcinnatus, vbi tudicularũ, frixoriorũ, patellarũ, veruum, catinorum, ollarum, alienorũ, creagratũ, lebetum, conſimiliũq; repoſitoria. Solũ pauimenti lithoſtrotõ eſt, vt ẽt atrij. Ex hoc deſcẽſus eſt ſex graduũ in cryptã, quę breui poſticula feneſtriſq; clatratis illuſtrata, triplicẽ in primis vtilitatẽ adfert. Etenim à dextra cũ opaco baptiſterio, colloquijſq; balinæũ hẽt, vel aſaminthum, ibiq; adiunctũ apodyteriũ, quod ita conditum, vt alias etiã penuaria cella poſſit eſſe. Nec deeſt anaclinteriũ ꝙ ab alijs accubitum appellat. E regione gurguſtiũ eſt, equorum,

Digitized by Google

rum et vacerris, ligniſq. recipiendis accōmodū. Eius tabularum quā contignationē dom⁹ infimā appellaui, ſolerter aduerſus, incēdia pauimētatū eſt. In id ex atrio gradiculis qnq; ſcāditur, & pedes decē à primo toti⁹ domus ſolario diſtat, cōmoditates totidē, quod locus inferior importās Nā qua culinā ſpectat. Pædagiū eſt, ſed potius famularū cubile, cui adſtructū ornitrophion, ſiue gallinatiū, vt excubitorū alitum cantib. excitatæ, ſurgāt ad ſoluēda pēſa. Ex aduerſo, vbi farinario, girgillis itā, atq. rhombis eſt locus ſcalæ ſunt quibus aſcēditur ad dictarū iā partiū domus ſolariū primum, quod hoc modo cōplanatū, atq; confectū eſt: Quernæ cōplures validæ trabes ex ordine, parū admodū inter ſe diſtantes, ita muro ſūt inſertæ, vt vtrimq. capita extrema ruderib. cæmētitijs obrecta, nihil emineāt, deīde earū laterib. in rimas tanq̄ ſulculos duos vngues profundos diffiſis, impacti ſūt differtim paxilli ſeſquipedales, habētes vndiq. circūuolutos, regyratoſq. ſeptenos, aut octenos funiculos longiuſculos, nexos ſtramine, ꝙ limo lutoq. tenaciſſimo perlitum, contortum, atq. ſubactum eſt. Poſtmodū tectorium, omne lignū occultans, arenatum ſuperinductū, cæmētitiūq. pauimentū, clindro coæquatū, certiſſimū contra incendia tutamētū. Huic ſuper ſtructa ſūt cū ſuis ſcīpodijs, & apparatu Muſas non decente, conclauia, quorū propriæ trabes,

bes, & fabrica, lapidib. quadratis ſectili bus ſuff lta, nõ attingit inferiorũ ligna, vt incendij fortuitu ſuborti flãma ſubie ctis nocere nõ poſſit. Circa eademproce ſtrion eſt, ex quo per murũ tranſitus in æſtuariũ, inferiore maius, ꝙ vel diæta, vel ſi voles tricliniũ inſigne, cum helio camino poterit eſſe. Eius quoq. vt ĩferio ris mediũ euagatur in turrim, ꝙ non mi noris cõmodi, q̃ amęnitatis cænaculum prædicari põt. Apparatus autem, & di ſpoſitio ferè eadẽ, q̃ ſubſtructi hypocau ſti, diuerſa tamẽ picturarũ gña. Nã, vt reliqua trãſeã, hic Ariſtippus naufragus colorib. effigiatus, ſuis ciuib. enunciat, ac ſuadet, vt eas poſſeſſiones filij parẽt, q̃ cũ naufragio enarrare poſſint; Illic in ter Reges Plato, Beatũ terrarum orbem futurũ prædicat, cũ aut ſapientes regna re, aut Reges ſapere cœperint. Nec cu biculum (vt ẽt cominus inſurgentiũ xy ſticorũ poſſit eſſe capax) annexum, neq; ſolũ dolatis aſſeribus, ſed aduerſus ignes cæmẽtis obductũ eſt. Prope ſcalas, quas dixi, latrinæ ſeceſsũ habent. Non procul inde murum trabes duæ craſſiores pene trãt, & tm̃ in ſublimi ſupra plateã extãt, qm̃ ad anabathra, quibus in ſupremum ſolariũ aſcenditur, ſuſtẽtanda ſufficiunt quæ ſunt extra domũ erecta, quo maius ſpatiũ intrinſecus relinquãt, nec incen dia ſuborta locũ peruiũ habeant, vnde deſuper cadant, aut exedito delabantur in ſtructurã ſubiectam. Ad eadẽ ianua

tran-

trāſituſq; ſcāſalis tā latus eſt, vt cū frumētario ſacco ruſticus expeditus pueni re poſſit in granariū. Quod ſupremū, vt recēſui, ſolariū, eodē modo, & qua ſubſtructū ratione cōplanatum eſt. Omnes .n. trabes, quantum fieri potuit, contra flāmas integumentis, & incruſtationib. obtectęsūt. Earū tn̄ extrema capita, qui bus tigni, quos alij vocāt telamones īſerūtur, atq; ijs tectū quaſi fulturis ſuſtinetur, ignib. ita ſunt obnoxia, vt vim patientib. facilè poterit ſuccurri. Hoc in loco muri deſinūt, tectūq, ſuccedit. Sed īpoſitū eſt turri ſeſquipe dextās ędificiolū amænū ꝙ podiū, vel exedram vocare libet. Id ſublicijs validioribus ſuſpensū eſt, vndiq; feneſtras habens, in quib. ſol naſcitur cōditurq. Quód ſi iuxta ſentētiā Horatij, Domus, laudatur, lōgos q̄ proſpicit agros, hoc laudib. euehēdum erit, cū velut è ſpecula totā ferè ciuitatē intueatur, latoſq. proſpectet cāpos, atq; nemuſcula cū primis Trupeliana. Muſis igitur deſtinatū, quæ cacuminib. delectantur. In eo cū grāmatophylacijs eſt bibliotheca, quæ totā vrbē ad bonarum artiū diſciplinas inuitare videt̄. Cuius in parietis ſpatio dormiēs Alexander Iliadē Homeri ſub puluino hēt. Eius tectū nō faſtigiatū, in fine pinnaculū oſtentat obæratū. Subeſt tabulatū periſterotrophio nō incōmodū. Atqui multo laxior ad eruiliam, auenamq; recipiendā cōtignatio tabulata eſt ſub toti⁹ cōtiguę do

mus tecto. Quod ipſum non coctilib. laterculis, aut lapideis tegulis inſtratũ, ſed proſpe contextũ hoc modo: Tigillis atque ſcãdulis adfixæ sũt validæ crates vimineæ, quæ luto tenaciſſimo cõſtipatæ, atq; ita ſtrictim cõdenſatæ sũt, vt vtrinq; nihil appareat lignorũ: huic conſpiſſato glutinamẽto ſtramẽtorũ faſces ingeſti, ligneaq. pala sũt æqualiter adaptati. Quę tectorũ genera sũt agreſtia q̃dem, ſed Muſis tñ, opoſo nullo ſplẽdore gaudentib. non indecora, & durabilia ſatis, incendiorũq. tpe multo conducibiliora, quã vel lateritia, vel lapidea. Si quidẽ illis correptis flãma parũ incommodat, ſed ſtramentitia tegumenta ſolũmodo lambit, atq. raptim ſine horrore magno depaſcit, reliqua tanquã vaporibus indurata cruſta relinquit intacta. Atqui Vulcanꝰ in hæc magnã exercet tyrãnidẽ: etenim rota nõ modo corripit, & abſumit, ſed ẽt auxilio venientib. terrorẽ incurrit, atq; profligat: ĩ aduerſos.n. fragmina cadẽtia voluit, & crepitantib. flãmis horriſonoq. fragore tãquã igneam grandinem eiaculatur, hoſtiumq. more tela fulgurãtia torquet, aufertq. proſpectũ, & auxilij ſpẽ oẽm, Documẽto fuit ipſa ciuitas, & ſtadiũ ab ea diſtans, Ioſti Studei clariſſimi doctoris patria Elſſas, p Clãdeſtinos Germaniæ vaſtatores nuper incẽſa. Vbi certa didiciſſes vtrorũq. diſcrimina. Porrò medijs ĩ flãmis cũ circũſecꝰ oĩa flagrarẽt, videſſes illa ſtare ma

gno que

g noq. conatu ſe defēdere, aut laborātia manus poſcere; hæc aūte ignib. ſuperata, non modò concidere, ſed ēt, vt dixi, auxiliaturos in fugiā crudeliter cōpellere. Hęc de domus tecto, atq. ijs, quę sūt intrinſecus. Iā, ſi vacat, quæ forinſecus, audi: Totus, vndiq. murꝰ leuigatꝰ, ac dealbatus eſt: Coria laterū atro diſtīcta colore; Illius in medio tria trib. in locis foramina ꝓpemodū tetragona vidētur, inſcriptionibus deſtinata. Primū igitur, ꝙ in turris medio cōſpicit̃, talib. verſiculis exornatū eſt, ꝗ lachrymabile tēpꝰ, quo tota deflagrauit hæc ciuitas. domus hęc quoq; reędificari cępta, memorię ꝓdūt Diua redēptoris poſt incunabula Chr̄i.

Mille ac quingenti cum quadraginta fuerunt
Anni menſis habens cognomina Martis, & eius
Nuntia poſt decimam caſus lux quarta ſiniſtri.
Solis, & hæc retinens á iudice nomen, & huius
Nona furens ſiccis vētis borealib. hora.
Qua ſacer emiſit verbum cœleſte miniſter,
Cùm caderet rapidis Hadamaria prodita flammis.
Poſt domus hæc anno reparari cœpta ſequenti.

In ſupremis eius loci feneſtris, aurea, Stoicorū illa ſententia legitur: ὅτι μόνος σόφος πλούσιος. Ideſt; ꝙ ſolus ſapiēs diues,

Qua

Qua mortalium, quorum infinitus vbique numerus, Philargyria perditorum greges monent, longè pluris virtutem quam diuitias æſtimandas eſſe, quòd harum gloria fluxa ſit, atque fragilis: ſed immortalis illa, quæ nec eripi, nec ſurripi poſſit, neque naufragio, neque incendio amitti: qua præditi qui ſunt, ſolos eſſe diuites, cùm ſoli poſſideant res & fructuoſas & ſempiternas, ſoliq. (quod autore Cicerone, proprium eſt diuitiarum) contenti ſint rebus ſuis. Duo reliqua in medio ſunt eius muri, qui portā anteriorem, ſiue molarem ſpectat, quorum priori tale tetraſtichon, quod ipſa domus proloquitur, eſt inſculptum:

Quod mihi ſit nomen, quæris fortaſſe, viator;
Siſte gradum, tali carmine certus eris.
Huc Mecœnates quia dona tulere, quod auſus
Hæres me tenuis condere, Muſa vocor.

Alteri tale Sapphicon.

Ipſe Reinhardi pater huc amuſſis
Contulit primæ lapides, nepoti
Debet hinc noſtro domus ipſa longè
Clarior eſſe.

Et quibus profectò liberis non chariſſimum id fuerit, q; vicinorū teſtimonijs boni parentes vel dixerint, vel fecerint memoratu dignum; Sub imis autem eius loci feneſtris, longum, idque paulò rudius & grauius, nè poſſit alio-

rum transferri, ſcamnum faginum eſt poſitum, vbi tranſeuntes viatores delaſſati quieſcere, aut ſenes apricari, aut ciues conſidere poſſint, de rebus publicis tractaturi, aut animi demulcendi gratia nugas acturi, retique vento, quod aiunt, venaturi.

DESCRIPTIO SERPENTVM, è Lucani Libro Nono deſumpta.

Illa tamen ſterilis tellus, fœcundaque nulli
Arua bono, virus ſtillantis tabe Meduſæ
Concipiunt, dirosque fero de ſanguine rores.
Quos calor adiuuit, putrique incoxit arena.
Hic quæ prima caput mouit de puluere tabes.
Aſpera ſomniferam tumida ceruice leuauit.
Plenior hinc ſanguis, & craſſi gutta veneni
Decidit: in nulla plus eſt ſerpente coactum.
Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbē
Sponte ſua; Nihiloque tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur,
Hinc Libycæ mortes, & fecimus aſpida inertē.
At non ſtare ſuam miſeris paſſura cruorem
Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes,
Latus & ambigua coleret qui Syrtidos arua.
Cherſydros tractique via fumante chelydri,
Et ſemper recto lapſurus limite Cenchris.
Pluribus ille notis variatam tingitur aluum,
Quam paribus tinctus maculis Thebanus Ophites.
Concolor exuſtis, atque indiſcretis arenis
Ammo-

Digitized by Google

Ammodites, ſpinaque vagi torquente Ceroſta.
Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas: & torrida Dipſas;
Et grauis in geminum vergens caput Amphi-ſibena.
Et natrix violator aquæ, iaculique volucres.
Et contentus iter cauda ſulcare Phareas;
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia Praſter;
Oſſaq. diſſoluens cum corpore tabificus: Seps;
Sibilaque effundens cuncta terrentia peſtes.
Ante venena nocens, latè ſibi ſummouet omne
Vulgus, & in vacua regnat baſiliſcus arena.
Vos quoq. qui cunctis innoxia numina terris,
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones.
Peſtiferos ardens facit Aphrica, ducitis altum
Aera cum pennis, armentaque tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros,
Nec tutus ſpatio eſt elephas datis omnia letho
Nec vobis opus eſt ad noxia fata veneno.

Digitized by Google

THESIS: AN DVcenda vxor.

SI quiſquã omnia pariter laudare volet, is mihi matrimoniũ laudet de miſſum.n.ex cęlo eſt, ipſumque rurſum cælũ Deis impleuit, eoſque procreauit, quorum munere paternum hominibus tribuit nomẽ: eiſdemque, quos progenuit, dedit rerũ naturã tuẽdã. In terras aũt acceptũ, reliquis omnib. originem dedit, queq. ſingula natura ſua fluxa caducaq. erãt, ea ſtabiliuit, poſteritate, æternitateq. ipſis ſucceſſione adinuenit. Primũ aũt maximè ad fortitudinẽ, ſubeundaq. cõſtanter pericula hoĩes impellit. Quis enim vxorem liberosq. defendere, quis pro ijs bella mouere recuſat? quo fit, cũ eorũ amore arma ſumantur, maiorib. certetur. Quin iuſtos etiã, nedum fortes hoĩes efficit. Cognationẽ enim, neceſſitudines, iuraq. tribuit, quorũ reſpectu metuq. ab inferẽda iniuria hoĩes coercet, itaq. iuſtitiam ſimul docet cum fortitudine. Sed & ſapientes facit, quippe quibus clariſſimorũ pignorum inijcit prouidentiam atq. curam: quodq. maximé quis miretur, ipſam tẽperantiam ſecum affert matrimoniũ, et in medijs voluptatibus modeſtiæ quoque inuenit locũ; legẽ enim libidinibus præſcribens, tẽperantiæ ſine voluptates coercet; quæque ipſa per ſe accuſatur

Aggreſſus vice proœmij.

voluptas,eã matrimonio cõiũctã laudamus. Si ergo matrimoniũ Deus dedit, & procreãdo poſteritatẽ oẽm firmat, ſi fortes itẽ,iſtosq; facit,& ſapiẽtes pſtat, & tẽperãtes, quis eſt,qui nõ pro virili, quatenus poſſit, ipſum ſibi putabit laudandum? ¶Sanè.inquis,ſed calamitatum multarum matrimoniũ eſt cauſa.

Contradictio.

Solut.

Fortunam mihi videris, nõ matrimoniũ,accuſare.Quæ enim aduerſa hominibus accidunt,eorũ fortuna eſt cauſa, non matrimoniũ tribuit,ea certè nequaquã fortunę accepta pñt referri. Rectiꝰ ergo eſt matrimonij bona laudare, quã accuſare mala, q̃ ex ipſa afferũtur fortuna. Iamverò ſi quis maximè humanorũ caſuũ aduerſa volet mr̃imonio aſſignare, nihilo tñ idcirco magis fugiendum erit Nã ſi qua reliquis in rebus nos offẽdunt, ea continuò nos ab ipſarum cura deterrebũt: Agẽdũ ſingulas excutiamꝰ artes:oẽs hñt aliquid quod quis accuſet. Agricolæ procellis infeſtantur, & p grandinẽ fame contabeſcunt:non tñ, ſi quos tẽpeſtas offẽdit, ideo ſtatim agros relinquunt,ſed perſeuerant colere. Neque nautæ,ſi quid ex cælo accidit ipſis, continuó poſt tẽpeſtatẽ diſſoluunt naues,ceſsãtq.nauigare deinceps metu eorũ,quæ pertulerunt: verũ difficultates fortunæ tribuentes. ad opes, quas mari parauerũt,reuertũtur. Bella ẽt pugnæque militãtiũ abſumunt vitã. non,quia occumbunt aliqui,idcirco deſerunt militiam,

Digitized by Google

litiā, ſed quia pugnātes ob fortitudinē laudātur, hoc ipſo ēt, ꝙ ceciderūt, gaudēt, & inſtātē fortunæ aſperitatē præſēti gloriæ bono repēdūt. Neque. n. pp mala meliora fugiēda ſunt, ſed bonorū cauſa ēt aſperrima perferēda. Nōne ergo abſurdū eſt, agricolas, nautas, itē & milites difficultates meliorū gratia tolerare, mr̄imoniū vero nobis aduerſādū putare, q̃a habeat aliquid ꝙ offendat.

Sanè inquit, ſed viduitatem mulieribus, pueriſque orbitatem affert.

Mortis hæc mala sūt, hācq; nobis difficultatē circūdedit natura, q̃ tu quidem accuſare mihi videris, ꝙ nō homines effecit, vt Dij eſſent: accuſareq; matrimoniū ꝙ nō Dijs mortales cōiunxit. Quid inſimulas matrimoniū eorū, quorū eſt apud mortē cauſa? Cur nuptiarū dicis, ꝙ ipſius eſt naturæ? Patere perire eū, q̃ natus eſt, quocūq; tandē pereat modo. Quod ſi occidunt homines, q̃a nati sūt, eadēq; via coniugē viduam relinquūt, natoſq; ex ſe filios faciūt pupillos? Hęc matrimonij dices culpa fieri, quæ ſolū ab ipſa fiunt Natura? At ego è cōtrariò orbitatē, viduitatēq; puto matrimonio reſarciri. Mortuus eſt illi pater, eoq; nomine pupillus eſt, reddit rurſus aliū ſibi matrimoniū patris loco. Itaq; hoc malū nō ex matrimonio prodit, ſed matrimonio occultatur, fitq; matrimoniū nō cauſa orbitatis, ſed abſcōdit potius ipsā & reſtaurat: Sic viduitatē quoq; quam

obitũ mariti attulit Natura, Matrimoniũ nouis iterũ nuptijs immutat. Quã enim mors reliquit viduã, hanc rurſus matrimoniũ viro coniungit: atq; velut conſeruator muneris ſuis, ea quæ dedit initio, ablata quoq; reſtituit. Auferre ergo viduitatẽ ſolet matrimoniũ, non facere: Pater quoq; morte liberis orbatur rurſũque alios matrimonio aſſequitur, fitq; ſecũdo matrimonij munere pr̃ cui id, ꝙ ſemel iã habuerat, paternũ nomẽ, erat ablatũ. Quid ergo matrimonij bona in crimen ipſius conuertis? Videris mihi non arguere, ſed laudare nuptias velle. Qñ.n. enumerare nuptiarũ bona cogis, laudator matrimonij factus es potius q̃ reprehẽſor, vituperãſq; mr̃imoniũ vt recẽſeamus laudes ipſi⁹ adducis, cauſãq; pbẽs munera ſua recognoſcẽdi nobis, eo ipſo ꝙ crimina tua refutamus.

Eſto, inquis, ſed laborioſa tamen res eſt matrimonium.

Verũ, ſed labores quoq. matrimoniũ ſoluit, & auferũtur p nuptias, quęcũq; exercitos homines reddũt. vitę trãquillitas eſt, cũ muliere ſociari: quãtulũ autẽ virum in thalamo vxori coniũgi? iã quãta cũ voluptate puer expectatur, ſperatuſq ſe profert, & in lucẽ prodiens, mox patrẽ appellatur. Addit deinde arti alicui diſcẽdę patriſq; fit laborũ particeps. In concionibus exinde verſatur paſcitq. in ſenecta patrẽ, & prorſus in quodcunq. res ipſa popoſcerit, aptũ ſe

expeditumque præbet.

Adeo non eſt oratione recenſere,quã ta matrimonium deferat bona.Ingẽs er go res eſt matrimonium, & Deos procreans,& mortalibus vt dij eſſe videantur,ſucceſſione præſtans; ac omnes qui nuptijs initiantur, inſtituit, vt iuſtitiam colant,tẽperantiã obſeruẽt: quin & reprehenſas alioqui voluptates, honeſtas facit. Idcirco plurimi faciendũ eſſe matrimonium, inter omnes facilè conſtat.

SCHOLIA.

GRæci Rhetores Theſin appellãt quæſtionem vagam, nullis circũ ſtantiarum cancellis incluſam, Latini quæſtionem infinitam. Cicero in Topicis. Propoſitũ. In partitionibus, Conſultationem. Priſcianus poſitionem dixit, vt, An ducenda vxor, An colẽda ſit amicitia, An nauigãdum, An ſit bellum gerendum. An diſcendæ literę Græcæ. *Theſis.*

Hypoteſin autem vocant quæſtionẽ finitam, quæ habet in quæſtione certas perſonas, loca, tpa, & reliqua genera attributorum. Hãc Cicero in Partitionibus cõtrouerſiã, in Topicis cauſam appellat, vt ſit ne Cæſari bellũ ſuſcipiẽdũ aduerſus Põpeiũ. An Syllæ adminiſtrãda Respubl. An Græcæ literæ diſcendę deſtinato Theologiæ An Cato tpe belli ciuilis recte duxerit Martiam vxorem. Vide Quint. li. 8. c. 5. Idem lib. 2. cap. 1. *Hypotheſis.*

ait, Antiquis hoc fuiſſe ad augendã eloquentiã genus exercitationis, vt Theſes dicerent. Et Cic. in oratores ad Brutum Ariſtot. inquit, adoleſcentes, ad copiam Rhetorũ in vtrãq; partẽ, vt ornatius & vberius dicere poſſent, exercuit. Rodulph. Agricola li. 2. c. 8. Theſin quæſtionẽ vocat κατηγορικὴν, id eſt prędicatiuam, quæ nullis certis finibus temporũ, locorũ aut perſonarum concluditur, vt: An accedendum ad Rempub. Hypotheſin, conditionalem ὑποθετικὴν, vt: Sit nè Socrati accedendum ad Rempublicam.

Locus cõis à Theſi differt. Magnã aũt habẽt θέσεις cum loco cõi ſimilitudinẽ: ſed hoc differunt, ꝙ locus cõis ad amplificãdã & augendã cauſam aſſumitur. Theſis ad explicandam & probãdã Et illo quaſi certare declamitatur: hac diſputatur & diſſeritur. Denique ille affectuũ hæc conſiderationis eſt. Priſcian. inquit: Inter locũ cõem & Poſitionẽ hoc eſt differentiæ, Qđ locus cõis eſt cõuictę & manifeſtæ rei exaggeratio, Poſitio aũt dubiæ rei quæſtio.

Aliæ ciuiles, &c. Has Græci πολιτικάς appellãt: quæ sũt earũ rerũ, quę in ciuitatib. vſurpantur, ac fiũt publicè aut priuatim: Ducẽdæ nè vxores, nauigãdum né ſit, ædificãdũ, ambulãdũ. Huiuſmodi & illę Ciceronianæ ſunt, de quib. ipſe Attico ſcribens libro 9. Sed tamen ne me totũ ægritudini, inquit, dedã, ſumpſi mihi quaſdã tanquam θέσεις, quæ & πολιτικαί ſunt, & temporũ horũ, vt &

ducam

ducam animum a querelis, & in eo ipſo, de quo agitur, exerceat. Eæ ſunt eiuſ modi: ἀμενετέον ἐν πατρίδι, τεραννουμένης δὲ αὐτῶν, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πρακτέον, &c.

Cōtēplatione, &c. Hac alij ſpeculatiuas appellāt. Græci θεωρικὰς, quòd ſola animi rōne explicari, & intelligētia ſoleāt cōprehēdi, vt: Aīa ſit nè natura aliqua. Et eadē nè mortalis, an verè īmortalis & incorporea. Et mūdus nè extiterit aliquo tpe, vel vt verè habuerit initiū à Deo. Itē, ſit nè ſiderū Muſica. Plin. li. 2. c. 22. Item, ſint né Antipodes. Earū quæſtionū magnā copiam habēt Scholaſticorum παραδιατριβαι, cuius generis hoc eſt, An homo creari potuerit ἀναμάρτητος: Et id genus alia innumera. *In ijs cōtemplatiuis conſultationib. an ſit, q̄d ſit quale ſit quari ſolet Quin. l. 3 c. 5*

An globoſum cœlum, &c. Priſcia. inquit, An pilæ formam habeat mundus.

An multi ſint mūdi, &c. Q̄d nonnulli voluerunt. Vide Cicer. de vniuerſitate. vnde Alex. cum eius comes Anaxarcus, ex authoritate Democriti, mundos innumerabiles referret: Heu me, inquit, miſerū, qui nec vno quidē ſum potius, vt recenſet Valer. li. 8. c. 15. Vide Plut. in Alexādri vita. Et Q. Curt. Vide Cic. 1. Tuſc. quæſt. Hinc illud Iuuen.

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.

Sūt item. Quæſtionū aliæ ſimplices, aliæ compoſitę. Simplices, vt: An luctatione ſit exercendum. An declamandū. Compoſitæ, vt: An luctatione exercen-

dum, ſiue agricultura. An declamandũ ſit ex chartis, ſiue geſtus moderatione.

Inuadentibus Perſis, &c. Hiſtoria habetur apud Thucydidē. Et bellorũ Lacedæmoniorũ cũ Perſis Oroſ. meminit li. 1. c. 11. Plutar. in vita Ariſtidis ſcribit Lacedæmonia Perſis trophęa retuliſſe.

Sparta, &c. Sparta vel Sparte, fuit vrbs Laconiæ, nullis ab initio muris cincta. Vnde Ageſilaus percõtanti, qua ob cauſam Sparta nõ circũdaretur muris: oſtēſis ciuibus: Hi, inquit, sũt Spartana mœnia, ſignificans nullo Reſpublica munimēto tutiores eſſe, quam ciuiũ virtute.

Diuiditur Theſis, &c. Primũ, inquit, ingreſſus aliquis ad argumētationē vice exordij erit: deinde excutiendi loci ſuaſoriũ, honeſti, vtilis, facilis neceſſarij, &c. Et ſi quid probabiliter contradici poſſe videatur, hoc ſuo loco refutandum erit: poſtremò breui Epilogo velut perorandum.

IN EXEMPLVM.

Deis cœlũ impleuit, &c. Vnde Cic 1. Tuſculanarũ. Quid totũ prope cęlũ nõne humano genere cõpletũ eſt? &c. D. Ambr. 32 q. 1. Nuptiæ, inquit terras replēt, virginitas Paradiſum. At Varro putabat vtile, vt ſe homines Dijs genitos mētirētur. Vide Aug. de Ciuit. li. 3. c. 4.

Aeternitatē adinuenit, &c. Vnde Plato de Legib. 4 dial. Genus, inquit, hominum immortale hoc modo in ſempiternum perdurat, quòd filiorũ filios relin-

linquendo, nunc & idem ſemper per generationem immortalitatẽ adipiſcatur. Nefas autem eſt immortalitate ſeipſum ſponte priuare. Hac verò ex animo ille ſe priuat: qui filios & vxorem negligit.

Succeſſiones, &c. Hoc eſt, p diſceſſionẽ aliorũ in aliorũ locos. Etenim moriẽtibus alijs, alij rurſus naſcuntur. Hinc Homerus homines arborũ folijs cõparauit. Vide Man. in prou. Homo bulla.

Ad fortitudinẽ, &c. Ciues. n. vt liberos & vxores defendãt, fortiter pugnãt. Et Scipio vltimo conflictu cũ Annibale cõgreſſus, milites adhortando, dixit adeſſe finem belli in manibus eſſe prædá Carthaginis, ſi fortiter pugnauerit, reditum datum iri in patriã, ad parentes, libero, coniuges, Penateſque Deos.

Prouidentiam, &c. Qua perſpicuũ parẽtes, quæ liberis bona, vtilia, honeſtaq; ſunt. Pares eſt. n. prudentiæ bonarum aut malarum rerum, & vtrarunq; ſcientia, vt ait Cic. 2. de inuentione.

Tẽperãtiã, &c. Hęc eſt firma aĩ, & moderata dominatio rõnis in libidines atq; alios nõ rectos ĩpetus, vt ait Cic. Cuius partes Clemẽtia, Cõtinentia, Modeſtia.

Accuſatur voluptas, &c. Cic. 2. de Finibus ſcribit maximas virtutes iacere dominãte voluptate; q̃ malorũ eſcã Plato vocauitq̧, homines ea, velut hamo piſces capiant. Et Architas Tarẽtinus ait: Nullam capitaliorẽ peſtẽ hominibus à natura datam, quám voluptatẽ. Cuius

me-

THESIS: AN DVcenda vxor.

SI quiſquā omnia pariter laudare volet, is mihi matrimoniū laudet de missum.n.ex cęlo eſt, ipſumque rurſum cælū Deis impleuit, eoſque procreauit, quorum munere paternum hominibus tribuit nomē: eiſdemque, quos progenuit, dedit rerū naturā tuēdā. In terras aūt acceptū, reliquis omnib. originem dedit, quęq. ſingula natura ſua fluxa caducaq. erāt, ea ſtabiliuit, poſteritate, æternitateq. ipſis ſucceſſione adinuenit. Primū aūt maximè ad fortitudinē, ſubeundaq. cōſtanter pericula hoīes impellit. Quis enim vxorem liberosq. defendere, quis pro ijs bella mouere recuſat? quo fit, cū eorū amore arma ſumantur, maiorib. certetur. Quin iuſtos etiā, nedum fortes hoīes efficit. Cognationē enim, neceſſitudines, iuraq. tribuit, quorū reſpectu metuq. ab inferēda iniuria hoīes coercet, itaq. iuſtitiam ſimul docet cum fortitudine. Sed & ſapientes facit, quippe quibus clariſſimorū pignorum inijcit prouidentiam atq. curam: quodq. maximé quis miretur, ipſam tēperantiam ſecum affert matrimoniū, et in medijs voluptatibus modeſtiæ quoque inuenit locū; legē enim libidinibus præſcribens, tēperantiæ ſine voluptates coercet; quæque ipſa per ſe accuſatur *Aggreſſus vice proœmij.*

voluptas, eã matrimonio cõiũctã laudamus. Si ergo matrimoniũ Deus dedit, & procreãdo poſteritatẽ oẽm firmat, ſi fortes itẽ, iſtosq; facit, & ſapiẽtes p̃ſtat, & tẽperãtes, quis eſt, qui nõ pro virili, quatenus poſſit, ipſum ſibi putabit laudandum? ¶ Sanè, inquis, ſed calamitatum multarum matrimoniũ eſt cauſa.

Contra dictio.

Solut. Fortunam mihi videris, nõ matrimoniũ, accuſare. Quæ enim aduerſa hominibus accidunt, eorũ fortuna eſt cauſa, non matrimoniũ tribuit, ea certè nequaquã fortunę accepta pñt referri. Rectiꝰ ergo eſt matrimonij bona laudare, quã accuſare mala, q̃ ex ipſa afferũtur fortuna. Iamverò ſi quis maximè humanorũ caſuũ aduerſa volet m̃rimonio aſſignare, nihilo tñ idcirco magis fugiendum erit. Nã ſi qua reliquis in rebus nos offẽdunt, ea continuò nos ab ipſarum cura deterrebũt: Agẽdũ ſingulas excutiamꝰ artes: oẽs hñt aliquid quod quis accuſet. Agricolæ procellis infeſtantur, & p grandinẽ fame contabeſcunt: non tñ, ſi quos tẽpeſtas offẽdit, ideo ſtatim agros relinquunt, ſed perſeuerant colere. Neque nautæ, ſi quid ex cælo accidit ipſis, continuò poſt tẽpeſtatẽ diſſoluunt naues, ceſsãtq. nauigare deinceps metu eorũ, quæ pertulerunt: verũ difficultates fortunæ tribuentes, ad opes, quas mari parauerũt, reuertũtur. Bella ẽt pugnæque militãtiũ abſumunt vitã. non, quia occumbunt aliqui, idcirco deſerunt militiam,

litiã, ſed quia pugnãtes ob fortitudinẽ laudãtur, hoc ipſo ẽt, ꝙ ceciderũt, gaudẽt, & inſtãtẽ fortunæ aſperitatẽ præſẽti gloriæ bono reprẽdũt. Neque. n. pp mala meliora fugiẽda ſunt, ſed bonorũ cauſa ẽt aſperrima perferẽda. Nõne ergo abſurdũ eſt, agricolas, nautas, itẽ & milites difficultates meliorũ gratia tolerare, mr̃imoniũ vero nobis aduersãdũ putare, q̃a habeat aliquid ꝙ offendat.

Sané, inquit, ſed viduitatem mulieribus, pueriſque orbitatem affert.

Mortis hæc mala sũt, hãcq; nobis difficultatẽ circũdedit natura, q̃ tu quidem accuſare mihi videris, ꝙ nõ homines effecit, vt Dij eſſent: accuſareq; matrimoniũ ꝙ nõ Dijs mortales cõiunxit. Quid inſimulas matrimoniũ eorũ, quorũ eſt apud mortẽ cauſa? Cur nuptiarũ dicis, ꝙ ipſius eſt naturæ? Patere perire eũ, q̃ natus eſt, quocũq; tandẽ pereat modo. Quod ſi occidunt homines, q̃a nati sũt, eadẽq; via coniugẽ viduam relinquũt, natoſq; ex ſe filios faciũt pupillos? Hęc matrimonij dices culpa fieri, quæ ſolũ ab ipſa fiunt Natura? At ego è cõtrario orbitatẽ, viduitatẽq; puto matrimonio reſarciri. Mortuus eſt illi pater, eoq; nomine pupillus eſt, reddit rurſus aliũ ſibi matrimoniũ patris loco. Itaq; hoc malũ nõ ex matrimonio prodit, ſed matrimonio occultatur, fitq; matrimoniũ nõ cauſa orbitatis, ſed abſcõdit potius ipsã & reſtaurat: Sic viduitatẽ quoq; quam

obitũ mariti attulit Natura, Matrimoniũ nouis iterũ nuptijs immutat. Quã enim mors reliquit viduã, hanc rurſus matrimoniũ viro coniungit: atq; velut conſeruator muneris ſuis, ea quæ dedit initio, ablata quoq; reſtituit. Auferre ergo viduitatẽ ſolet matrimoniũ, non facere: Pater quoq; morte liberis orbatur rurſũque alios matrimonio aſſequitur, fitq; ſecũdo matrimonij munere pr̃ cui id, ꝙ ſemel iã habuerat, paternũ nomẽ, erat ablatũ. Quid ergo matrimonij bona in crimen ipſius conuertis? Videris mihi non arguere, ſed laudare nuptias velle. Qñ.n. enumerare nuptiarũ bona cogis; laudator matrimonij factus es potius q̃ reprehẽſor, vituperãſq; mr̃imoniũ vt recẽſeamus laudes ipſi⁹ adducis, cauſãq; p̃bẽs munera ſua recognoſcẽdi nobis, eo ipſo ꝙ crimina tua refutamus.

Eſto, inquis, ſed laborioſa tamen res eſt matrimonium.

Verũ, ſed labores quoq. matrimoniũ ſoluit, & auferũtur p nuptias, quęcũq; exercitos homines reddũt. vitę trãquillitas eſt, cũ muliere ſociari: quãtulũ autẽ virum in thalamo vxori coniũgi? iã quãta cũ voluptate puer expectatur, ſperatuſq ſe profert, & in lucẽ prodiens, mox patrẽ appellatur. Addit̃ deinde arti alicui diſcẽdę patriſq; fit laborũ particeps. In concionibus exinde verſatur paſcitq. in ſenecta patrẽ, & prorſus in quodcunq. res ipſa popoſcerit, aptũ ſe

expe-

Digitized by Google

expeditumque præbet.

Adeo non eſt oratione recenſere, quã ta matrimonium deferat bona. Ingẽs ergo res eſt matrimonium, & Deos procreans, & mortalibus vt dij eſſe videantur, ſucceſſione præſtans; ac omnes qui nuptijs initiantur, inſtituit, vt iuſtitiam colant, tẽperantiã obſeruẽt: quin & reprehenſas alioqui voluptates, honeſtas facit. Idcirco plurimi faciendũ eſſe matrimonium, inter omnes facilè conſtat.

SCHOLIA.

GRæci Rhetores Theſin appellãt quæſtionem vagam, nullis circũſtantiarum cancellis incluſam, Latini quæſtionem infinitam. Cicero in Topicis: Propoſitũ. In partitionibus, Conſultationem. Priſcianus poſitionem dixit, vt, An ducenda vxor, An colẽda ſit amicitia, An nauigãdum, An ſit bellum gerendum, An diſcendæ literę Græcæ. *Theſis.*

Hypoteſin autem vocant quæſtionẽ finitam, quæ habet in quæſtione certas perſonas, loca, tpa, & reliqua genera attributorum. Hãc Cicero in Partitionibus cõtrouerſiã, in Topicis cauſam appellat, vt ſit ne Cæſari bellũ ſuſcipiẽdũ aduerſus Põpeiũ. An Syllæ adminiſtrãda Reſpubl. An Græcæ literæ diſcendę deſtinato Theologiæ An Cato tpe belli ciuilis recte duxerit Martiam vxorem. Vide Quint. li. 8. c. 5. Idem lib. 2. cap. 1. *Hypotheſis.*

ait, Antiquis hoc fuiſſe ad augendã eloquentiã genus exercitationis, vt Theſes dicerent. Et Cic. in oratores ad Brutum Ariſtot. inquit, adoleſcentes, ad copiam Rhetorũ in vtrãq; partẽ, vt ornatius & vberius dicere poſſent, exercuit. Rodulph. Agricola li. 2. c. 8. Theſin quæſtionẽ vocat κατηγορικὴν, id eſt prędicatiuam, quæ nullis certis finibus temporũ, locorũ aut perſonarum concluditur, vt: An accedendum ad Rempub. Hypotheſin, conditionalem, ὑποθετικὴν, vt: Sit nè Socrati accedendum ad Rempublicam.

Locus cõis à Theſi differt. Magnã aũt habẽt θέσεις cum loco cõi ſimilitudinẽ: ſed hoc differunt, ꝙ locus cõis ad amplificãdã & augendã cauſam aſſumitur. Theſis ad explicandam & probãdã. Et illo quaſi certare declamitatur: hac diſputatur & diſſeritur. Denique ille affectuũ, hæc conſiderationis eſt. Priſcian. inquit: Inter locũ cõem & Poſitionẽ hoc eſt differentiæ, Qđ locus cõis eſt cõuictę & manifeſtæ rei exaggeratio, Poſitio aũt dubiæ rei quæſtio.

Aliæ ciuiles, &c. Has Græci πολιτικάς appellãt: quæ sũt earũ rerũ, quę in ciuitatib. vſurpantur, ac fiũt publicè aut priuatim: Ducẽdæ nè vxores, nauigãdum né ſit, ædificãdũ, ambulãdũ. Huiuſmodi & illę Ciceronianæ ſunt, de quib. ipſe Attico ſcribens libro 9. Sed tamen ne me totũ ægritudini, inquit, dedã, ſumpſi mihi quaſdã tanquam θέσεις, quæ & πολιτικαὶ ſunt, & temporũ horũ, vt &

ducam

ducam animum a querelis, & in eo ipſo, de quo agitur, exerceat. Eaſſunt eiuſmodi: ἀμενετέον ἐν πατρίδι, τερανγουμένης δὲ αὐτῶν, εἰ παντὶ τρόπω τυραννίδος κατάλυσιν πρακτέον, &c.

Cōtēplatione, &c. Hac alij ſpeculatiuas appellāt. Græci θεωρικὰς, quòd ſola animi rōne explicari, & intelligētia ſoleāt cōprehēdi, vt: Aīa ſit nè natura aliqua. Et eadē nè mortalis, an verè īmortalis & incorporea. Et mūdus nè extiterit aliquo tpe, vel vt verè habuerit initiū à Deo. Itē, ſit nè ſiderū Muſica. Plin. li. 2. c. 22. Item, ſint né Antipodes. Earū quæſtionū magnā copiam habēt Scholaſticorum παραδιατριβαι, cuius generis hoc eſt, An homo creari potuerit ἀναμάρτητος: Et id genus alia innumera. In ijs cōtemplatiuis conſultationib. an ſit, q̄d ſit quale ſit quæri ſolet Quin. l. 3 c. 5

An globoſum cœlum, &c. Priſcia. inquit, An pilæ formam habeat mundus.

An multi ſint mūdi, &c. Qđ nonnulli voluerunt. Vide Cicer. de vniuerſitate. vnde Alex. cum eius comes Anaxarcus, ex authoritate Democriti, mundos innumerabiles referret: Heu me, inquit, miſerū, qui nec vno quidē ſum potius, vt recenſet Valer. li. 8. c. 15. Vide Plut. in Alexādri vita. Et Q. Curt. Vide Cic. 1. Tuſc. quæſt. Hinc illud Iuuen.

Vnus Pellao iuueni non ſufficit orbis.

Sūt item. Quæſtionū aliæ ſimplices, aliæ compoſitę. Simplices, vt: An luctatione ſit exercendum. An declamandū. Compoſitæ, vt: An luctatione exercen-

linquendo, nunc & idem ſemper per generationem immortalitatẽ adipiſcatur. Nefas autem eſt immortalitate ſeipſum ſponte priuare. Hac verò ex animo ille ſe priuat: qui filios & vxorem negligit.

Succeſſiones, &c. Hoc eſt, ꝑ diſceſſionẽ aliorũ in aliorũ locos. Etenim moriẽtibus alijs, alij rurſus naſcuntur. Hinc Homerus homines arborũ folijs cõparauit. Vide Man. in prou. Homo bulla.

Ad fortitudinẽ, &c. Ciues.n. vt liberos & vxores defendãt, fortiter pugnãt. Et Scipio vltimo conflictu cũ Annibale cõgreſſus, milites adhortando, dixit adeſſe finem belli in manibus eſſe prædá Carthaginis, ſi fortiter pugnauerit, reditum datum iri in patriã, ad parentes, libero, coniuges, Penateſque Deos.

Prouidentiam, &c. Qua perſpicuũ parẽtes, quæ liberis bona, vtilia, honeſtaq; ſunt. Pares eſt. n. prudentiæ bonarum aut malarum rerum, & vtrarunq; ſcientia, vt ait Cic. 2. de inuentione.

Tẽperãtiã, &c. Hęc eſt firma aĩ, & moderata dominatio rõnis in libidines atq; alios nõ rectos ĩpetus, vt ait Cic. Cuius partes Clemẽtia, Cõtinentia, Modeſtia.

Accuſatur voluptas, &c. Cic. 2. de Finibus ſcribit maximas virtutes iacere dominãte voluptate: q̃ malorũ eſcã Plato vocauitq́, homines ea, velut hamo piſces capiant. Et Architas Tarẽtinus ait: Nullam capitaliorẽ peſtẽ hominibus à natura datam, quám voluptatẽ. Cuius me-

Alia ſunt illa, quæ ſilente cælo, ſereniſq; noctibus fiunt nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt. Publica hæc & magnæ differentiæ, alijs, rubiginem, alijs vredinē, alijs carbunculum appellantibus, vt ait Plinius lib. 18. cap. 28.

Diſſoluūt naues, &c. Tempeſtatibus iactati non ſtatim deſerunt nauigationes, ſed mox reficiunt rates quaſſas, indociles pauperiem pati.

Laudātur, &c. Qui fortiter in pręliorē adminiſtrarāt, imperatoribus laudabantur, atq; fortitudinis pręmia cōſequebātur coronas ciuicas, obſidionales, vallares, caſtrenſes, ſtatuas, triūphos, mortui ēt laudib. euehebātur. Quinimo, vt inquit Imp. Iuſtin. q̄ pro republica parierūt, p̄ rerū geſtarū gloriā ſēper viuere intelligūtur, vnde ēt patrib. in excuſationibus tutelarū proſunt tanquā viui.

Gaudent, &c. Lætentur, qui fortiter pugnando ſuccubuere. Sic Epaminundas qui ſanguine & ſpiritu deficiēs, Nō finis eſt, inquit, vitæ meæ, ſed melius & altius initium adinuenit. Nunc enim veſter Epaminundas naſcitur, quia ſic moritur, vt ait Valerius. lib. 3. cap. 2.

Laborioſa res, &c. Vnde illud Cynici Cratetis τὸν ἐκιαπόνοι. Vide Manu. in prouerbio, Optimum non naſci.

Labores ſoluit, &c. Hinc metellus ille Numidicus aſſeuerabat: Nullas plerūque eſſe in matrimonio moleſtias, ſi quę tñ accidere nōnunq̄ viderūt paruas & leues

leues, facileſq. toleratu eſſe dicebat, maioribuſq. eas emolumẽtis & voluptatibus obliterari, eaſdemq. ipſas nunquam omnibus neque naturæ vitio, ſed quorundam meritorum culpa & iniuſtitia euenire. Vide Gellium lib. 1. cap. 6.

Paſcit in ſenecta, &c. Iuxta prouerbiũ ἀντιπελαργεῖν, ꝙ eſt, parẽtes ętate feſſos nutrire, mutuamq. vicem rependere.

THETIVM EXEMPLA: PRIMI argumẽtũ tale eſt: Quod nó ducẽda ſit vxor: vbi Theſis contrarijs. Aphthonij locis tractata, ſtudio exercitij.

Exordij formula. Cũ iuxta vetus prouerbiũ; Ignis, mare, mulier, tria mala ſint, mihi plurimũ deſipere videntur, qui ſe coniecerint in flãmas, in fluctus: & in matrimonij calamitates. Hoc ipſum diſſuadẽdi ſtudio cum primis Homerus ait: vſq. adeo nihil improbius muliereq; peius. Et tẽporibus hodiernis ſtrenuè dant operã mulieres, nè Poetarũ grex vaniloquus omnino fuiſſe reputetur, qui fœmina nihil peſtilentius eſſe confirmarunt. Et mulierem omnem eſſe malũ, perquàm venuſtè ſignificauit Lacon quidam, qui cũ vxorem duxiſſet perpuſillam dicebat è malis quod minimum eſſet eligendum, Quippe λίχνυ ἀρθεντος γυνήτἄσαη αὐτή.

Ab indignitate matrimonij. Non eo inficias, matrimonium inſtitutum à Deo: ſed ab eodẽ ẽt, adiectos tot laborum ſudores, tot moleſtias, deniq; dolores, inficias non eo. Et ꝙ ab initio

bo-

bonum erat, iam vel temporum iniuria, vel hominum malitia factum eſt longe deterrimum, vt multò citius Plutonia regna cacodæmonis repleat quàm Dijs cælum.

Milites ignaui ſunt, & cor in pedes ijs decidere ſolet, quibus domi ſunt vxores atque liberi. Etenim extra telorum iactus eſſe, & poſt principia ſe continere laborant, id vnum curãtes, vt integri maneant ac illæſi, nè ſi fuerunt interfecti, relinquant viduas atque pupillos. Cæterùm qui paulo fuerint animoſiores, à ſuis obiurgantur, iuxta, illud Penelopes: *A puſillanimitate*

Auſus es ò nimium, nimiumque oblite tuorum, &c.

Iniquos facit ad iram concitans cõiugium. Hæc ipſiſſima eſt officina rixarũ vt portus tranquillitatis cælibatus, vnde illud: Qui non litigat, cęlebs eſt. Deinde, qui obſtricti ſunt matrimonio, coguntur indies magnum in vſus domeſticos ſumptum facere, ad vxores, liberos, & familiam alendam. Et deficiente crumena, per fas, perque nefas pecuniã corradunt, ſecum aſſiduò dicentes. *Ab iniuſtitia.*

Vnde habeas quærit nemo, ſed oportet habere.
Lucrum pudori præſtat.
Et genus & formam Regina pecunia donat.
O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt numos.
Quantũ quiſq; ſua nummorũ ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Prima

Digitized by Google

Prima fere vota, & cunctis notiſſima templis.
Diuitiæ vt creſcant, vt opes, vt maxima toto.
Noſtra ſit arca foro. Vt ait Iuuenalis.

Quotuſquiſq; eſt qui nõ matrimoniũ contrahat, vt ſponſi (quód aiunt) vitam victurus, pfruatur voluptate, ac ſuber in libidinem, curetq́. hoc vnum, vt laſcium interueniat illud: Ζωὴ καὶ ψυχή.

Ab intemperãtia.

Quis igitur matrimonium laudibus euchendũ æſtimet, cũ inferorum regna magis quàm cęlorum adaugeat, cũ iniquos ſciat, contineatq; vitam obſcœnis plenã voluptatibus, ac earũ venenatis illecebrarũ præſtigijs incubãs, adducat malorum (quod aiunt) Iliada, vt γυναικῶν ὄλεθροι, prouerbio locum fecerint.

Epilogus.

Sed ais, quæ ſunt in matrimonio mala, ipſi fortunæ ſunt aſſignanda.

Cõtradictio.

Id immeritò facis. Nã ſi viri cælibes viuerent, á plurimis afflictionib. liberi manerẽt, nũquã agricolæ aſſiduo tanto labore terrã colere, nũquã genus omne cerdonũ tãto ſudore diffluere; nunquã tantis periculis mercatore nauigare cogerẽtur, ſi nõ querulis vxorib. atq; liberis egentibus victũ & amictũ quærere cõpellerentur. Veré igitur D. Paulus de coniugatis inquit: Afflictionẽ in carne ſunt habituri, & beatiores prædicat, qui hoc frænum non momorderint.

Solutio.

Sed viduarũ & orborũ, pupillorũq; cõditiones mori, nõ matrimonio refert ac-

Cõtradictio.

acceptas, & per hoc reſarciri dicis quod per illam aufertur.

Eſto, Mors tibi patrē eripit nouæ nuptię vitricū reddūt. Sed hæc ipſæ pſatio ipſiſſima eſt Diomedis & Glauci pmutatio, qua ꝓ perca ſcorpius accipitur, ꝓ cariſſima matre daẗ nouerca, vt rideaẗ, qui ad eius tumulū fuerit lachrymat⁹. *Solut.*

Eſto inquis. Sed tamen non laborioſa res eſt matrimonium, cum laborū parti cipes vxores ſint viris ſolatio: & filij parentes ipſos omni malorum faſce leuent, foueatque feſſos ætate. *Contra dictio.*

Sæpius moleſtāt viros quā conſolanẗ vxorū greges, quarū pauciſſimæ fideles vt verè dictū ſit, Mulieri ne credas, ne mortuæ quidē. Quod monet, vſq. adeo non eſſe fidendū mulieri, vt ēt ſi moriētē videas, putes fingere. Et filiorum incertiſſimus euentus, Longe plures dedecori ſunt parentibus, quā ornamēto. Qui vt arietes nutricationis mercedem perſoluūt, argēto ſenes emūgēdo, turpiſſimisq; facinoribus excruciando, vt Crates ille rectè dixerit: τέκνα πόνοι etc. Ergo cum tot vndiq; malorū fluctibus matrimoniū impetaẗ, quis vel ſanæ mētis ſolutus ab vxore, quæſiuerit vxorē. *Solut.* *Cōcluſ.*

SECVNDVM EXEMPLVM.

continens, quòd ſenectus non moleſta, nec onus Aetna grauius.

Si vina vetera nouis, quaſi de muſto & lacu hauſtis, prçſtātiora iudicamus, cur

non

non ſenectutem iuuenta meliorem, laudatuque magis dignam arbitramur: cũ vt illic omnia defæcata & ſalubria, ita hic omnia immatura & grauia contemplemur eſſe?

A legitimo. Senectutem oẽs vt adipiſcamur ſolemus optare. Quid cũ ita ſit, iniquè faciunt, qui adeptã accuſant, ac in illa genuinũ frangũt, quã diuina ſcriptura coronã dignitatis appellat, eam præcipuè quæ reperietur in vijs iuſtitiæ. Prou. 16.

Ab vtili. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia prouerbio nobilitata. Seris enim venit vſus ab annis. Hinc eſt, quod iuuentus olim cumulatum & circunſpectum honorem reddebat ſenibus, vt ait Valerius. Et Iuuenalis.

Credebat, tum grande nefas, & morte piandũ.
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.

A facili. Nec difficilis adeo ſenectus eſt, neq. tã moleſta, ſed tolerabilis & iucunda, q̃ tot rerũ bene geſtarum præconia exornant, q̃ recordatio multorũ tot benefactorũ oblectat, quã deniq; grauitas, conſtantia, conſiliorũ rationes, authoritas, & reuerentia planè diuinam efficiunt.

A necessario. Prudenter inſtitutæ Reſp. ſolæ, quæ ſenum propria virtus eſt, prudẽtia conſeruentur oportet. Etenim florentis ętatis eſt temeritas ſenectutis prudentia. Illa ciuitates multas euerſas, hac cõſeruatas eſſe tot veterum exempla teſtantur.

At

At ſenectus ipſa morbus auocat a rebus gerendis, ac inutiles reddit. *Contradictio.*

Multò plura, q̃ iuuenes efficere poſſunt ſenes, rerum ſtudijs aſſueti: quorũ arma ſunt artes & virtutũ exercitationes. Nec virib. aut velocitatib. aut celeritate corporũ magnę res geruntur, ſed cõſilio, authoritate, atque * prudentia. *Solut.* *In Cicero ex quo hic ſũptus eſt locus legitur, ſententia.

Sed obliuionem inducit, memoriam minuit, vires adimit. *Obiectio.*

Memoria perit niſi exerceas. Prudentes ergo ſenes, intentum aĩum tanquam arcum habentes non langueſcunt, nec ſuccumbunt ſenectuti. Senibus ingenia manent. modò permaneat ſtudiũ, & induſtria. Vnde Cato Pythagoreorũ more exercẽdę memoriæ gr̃a quod quoq; die dixerat, audierat, egerat cõmemorabat veſperi. Hæc ſunt exercitationes ingenij, hæc curricula mẽtis. In his deſudans, atque elaborans, corporis vires nõ magnopere deſiderabit, vt ait Cicero. *Dilut.*

Sed caret voluptatibus, vt rectè Horatius dixerit *Contradictio.*

Multa ferunt anni venientes commoda ſecum.
Multa recedentes adimunt, Venerem, conuiuia, luſus.

O præclarum munes ętatis, ſi quidẽ id aufert nobis, ꝙ eſt in adoleſcẽtia vitioſiſſimũ. Omnẽ malorũ eſcã voluptatẽ eripit, & libidines pecunias animis eximit, ac inſtillat vera pectoris dona. Porró nihil peſtilentius voluptate, at nihil p̃ſtabilius ratione. Hãc fouet ſenectus; *Solut.*

illam

illam autem expellit.

Contra dictio. At ſunt moroſi, & anxij, & iracondi, & difficiles ſenes, ſi quęrimus ēt auari.

Solut. Sed hæc morum vitia ſunt, non ſene

Contra dictio. ctutis. At moroſitas tamen, & ea vitia,

Solut. quæ dixi habent aliquid excuſationis. Vide Ciceronem in de Senectute.

Sed appropinquatio mortis eſt, q̃ certè a ſenectute non poteſt longè abeſſe.

O miſerũ ſenẽ? qui mortẽ contẽnendam in tam longa ætate non viderit. O infælicem Chriſtianũ, quid mortẽ metuit, ac nõ potius cũ Paulo dicit, Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Quid.n. hæc vita cõmodi, quid nõ potius laboris habet? cur in malis, & nõ potius in bonis oĩa, q̃ ſecũdũ naturã fiũt, hñr? Quid eſt aũt tã ſecundũ naturã? q̃ ſenibus emori, ꝙ idẽ cõtingit adoleſcentibus aduerſante, & repugnãte natura? Itaq. adoleſcẽtes mori ſic mihi vñr, vt cũ aq̃ multitudine vis flãmæ opprimit: ſenes aũt, ſicut ſua ſpõte nulla adhibita vi cõſumptus ignis extĩguitur. Et quaſi poma ex arborib. ſi cruda ſũt, vi auellũtur, ſi matura & cocta, decidunt; ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.

Concl. Finẽ dicendi faciam, nihil ambigens quin iudicaturi ſitis, digniſſimã eſſe laudatu amplexu ſenectutem, cum ea reb. gerẽdis cõſilia ſuppeditet, prudẽtia valeat, authoritate polleat, reuerentia placeat, oĩũ deniq. malorũ liberationẽ maturitatis naturalis bñficio ſubminiſtret.

Digitized by Google

TERTIVM EXEMPLVM THEſeos, continens Diuitias non eſſe ſummum bonum.

QVi ſententias iniquas defendendas ſuſcipiũt, mendacia verborũ lenocinijs fucare ſolẽt, & morbido ſermoni exquiſita adhibere medicamẽta. Quorũ in numero ſunt, quos non pudet aſſerere, Summum bonũ diuitias, et ſolũ diuitem eſſe beatũ. Contra, qui veritatem, cuius eſt ſimplex oratio, amplectuntur, non diuitijs, ſed potius ſummũ in virtute bonum collocãt. Etenim perpendunt, opũ affluentia non beatos, ſed magis infelices reddi, cũ maximæ ſolicitudines, atque calamitates inde ſoleant prouenire. Namque, vt Iuuen. inquit. *Exordium.*

Sed plures nimia congeſta pecunia cura.
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus.
Pauca licèt portes argenti vaſcula puri,
Nocte inter ingreſſus, gladiũ cõtumq; timebis.
Et mota ad lunam trepidabis arundinis vmbram, &c.

Et quid aliud olim Lacedęmonis perdidit, quàm pecuniæ cupiditas? Qui oraculo rñſum acceperant, tũ demum vincendam eſſe Spartam, cũ aurũ & argẽtũ in petito cæpiſſent habere. Accedũt alia, quæ licet per ſe videant leuiora aut infirmiora, tñ turba valent, atque cõfirmãt diuitias malis plurimis tẽtari, ſtultitia *Ex Horat.*

titia

titia regi, puſillanimitate eneruari, libidine corrũpi, ac iniuſtitia denique prophanari. Nam quotuſquiſque diuitiũ eſt, qui non fortuna ebrius, arrogãter, & confidenter loquatur, & agat, opib. ſcilicet fretus, vt inde natũ prouerbiũ: ἀργύρεαι κρῆναι λαλοῦσι. Argenti fontes loquuntur. Quod notans Horatius: Mecum inquit, contendere noli, Stultitiam patiuntur opes. Quotuſquiſque, qui nõ tumultu quopiã ſuborto, aut bellis ingruẽtibus in morẽ galli cuiuſpiam, vt aiunt, trepidet, atque magis ſibi theſauriſq; ſuis, q̃ Reip. velit conſultũ. Quotuſquiſque qui nõ plura, quò plura poſſideat, aſſiduò petat. Creſcit.n.amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi.
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.

Quotuſquiſq; quẽ non diuitiæ ad genus omne turpitudinis inflammẽt, luxu reſoluant, funditusq; perdant, vt multò plures crapula, nimiaq; libidinis eneruatione credantur perire, q̃ gladio. Quis igitur diuitias ſummum bonũ vocet, & nõ potius iniquitatis appellet mãmona cũ illæ ſtultos infœlices, effœminatos, auaros, et peruerſos reddant, vt facilius ſit Camelum per foramen acus tranſire, quám diuites in regnũ Dei ingredi.

At diuitiæ afferrũt gloriã, parãt amicos, paupertas cõtemptos facit. In pretio

Digitized by Google

tio pretium nūc eſt, dat cenſus honores, pauper, vbi iacet. Nil habet infęlix paupertas durius in ſe. Quàm quod ridiculos homines facit, &c.

Sed quā opes pariunt, fluxa eſt gloria, & ollaris, quæ χύτρας φιλία dicitur, amicitia nihil aliud eſt, quàm adulatio. *Solut.*

Donec eris fælix, multos numerabis amicos:
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Nullos ad verā gloriā via recta cōtendētes impedit paupertas, ſortita ſapientiā. Nône Cic. nonne cōplures alij pauperes ab initio conſcenderunt ad ſummum gloriæ culmen, ita ſtudiorum honeſtiſſimorum cultu prouecti, vt maioribus omnibus ſuis virtute præluxerint.

Eſto, verū, vt ait Iuuen. Saty. 3. *Contradictio.*
Haud facilè emergūt quorū virtutib. ob (ſtat.
Res anguſta domi.

Deſidia torpētes nō emergūt, ſed q per honeſtos labores ad sūma nitunť Reſpice Cleanthē, q̃ licet obtuſi tardioriſque fuerit ingenij, adeoq; pauper, vt ſæpe nocturno cogereť in hortis aquas haurire quo poſſet īterdiu ſtudijs liberalib. operā impēdere, tñ ad sūmū eruditionis, & honoris faſtigiū peruenit conſecutuſq; eſt tantas facultates, vt aliū, ſi voluiſſet, Cleāthē alere potuiſſet. Vide Laer. Diogenē l. 7. Quā matrē Euripides, aut quē patrē Demoſth. habuerit, ipſorū quoq; ſæculo fuit ignotū. Alterius autem matrē olera, alterius patrē cultellos vendi- *Solut.*

Q taſſe.

taſſe,omnium pené doctorum literæ loquuntur. Sed quid, aut illius Tragica, aut huius Oratoria clarius? vt ait. Valer. Max.lib.3.cap.4.

Contra dictio. Sed inopia preſſos homines ad varia deſignanda flagitia paupertas impellit, vt per fas, & nefas vitæ ſubſidia quærere cogantur.

Solut. Nihil repugno, ſi mali intelligant,quorũ cordibus illud fixũ perſonat: lucrum pudori præſtat,qđ Græci dicunt, χέρδος αἰχωύνης ἄμεινον. Sin boni, reluctor,cũ ij, longè ſatius ducant rei iacturã facere,q̃ famæ,ſimul ac animæ diſpẽdium. Quin potius,ad omnia ſcelerũ genera rapiuntur ipſi diuites,nec diuitię ſẽper optimis cõtingunt,vt Homer. rectè dixerit. (οἱ Ζεὺς αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος, ἀνθρώποι Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν ὅπως ἐθέλησιν ἑκάστῳ

Multò facilius pauperes criminũ occaſiones fugere poterũt, q̃ diuites,cum deſint illis opes irritamenta malorũ: his autẽ opes ſit multis præceptis, vt benè, & honeſtè viuãt, vt Diogenes rectè paupertatem αὐτοδίδακτον appellauerit.

Concluſio. Ergo non in diuitijs,vnde malorum, (vt aiunt) mare profluit, ſed potius in virtute ſummũ eſt bonũ collocandum.

Cap.14. De legiſlatione Græcè εἰσφορά.

LEgis quoq; inductionẽ,quidã exercitamentũ eſſe putauerũt. Eſt enim propemodum tota cauſa non tamẽ omnia

nia

nia, quæ in cauſa ſunt, intra ſe continens. Adfert perſonam quidem, ſed incertã, & non omnibus notam, vnde, & in conſultationis magis eſt parte, quam cauſæ. Quatenus .n. figurã in ſe habet perſonæ, ſuperat conſultationẽ, ſed qua definitionem non habet minor eſt cauſa. Eſt aũt duplex Legis inductio, Confirmatio poſitæ legis, atque confutatio, Lex autẽ eſt inuẽtio, & donum Deorum, communis cõſtitutio ciuitatis, & correctio vtrinq; erratorum. Diuiſio autem inducẽdæ legis eſt iſta. Tractabis eam capitibus eiſdem, quibus negotialem: Legitimo, iuſto, vtili, poſſibili. Procemion facies, poſt procemion ſubijcies contrarium, hinc capitibus prædictis vteris, vnde & hoc exercitamentum a cauſa differt.

Quid ſit lex vide l. 2. de l. ff.

Exemplum continens accuſationem legis, iubentis Adulterio deprehenſum, interfici.

NEc mihi videtur per omnia lex iſta laudanda, nec rurſus, ꝙ hoc modo lata ſit, prorſus reprehendẽda. Quòd .n. pęnam adulterijs decernit, laudo plané, ꝙ verò Iudicũ ſententiã non expectat, culpandũ certè videt. Si namq. largitionis metu, nè qui iudices corrũpantur, iudicia ꝑuenit, ſuſpicax nimirũ eſt, & inique nimirũ erga Iudices mentis? ſin aũt iuſta iudicare vos, quẽadmodum facitis certè, arbitratur, iniquum eſſe conſtat, ſi

Proœmion.

Digitized by Google

lex Indices quidē laudet, tollat autē iudicandi poteſtatem.

Cōtrarium. Aliæ ſanè leges, quæcumque demū eæ ſunt, & quacūque ratione perlatæ diſcrepant fortè ab alicuius ciuitatis legibus, ſed & alterius rurſū legibus cōueniunt, hæc autē ſola lex oībus ſimul repugnat ciuitatū inſtitutis. Videmini autē mihi multò rectius de hac lege cognituri, ſi oīa recēſeatis cōſulta veſtra, atq; decreta. Duces belloru, Sacerdotia, Plebiſcita, oīaq; adeo, quę circa rem militarē pertinēt, Iudicū ſubeunt diligentiā, fitq; dux ille quem Iudex cōſtituit, ſacrificat qui iudici videt͛, iuſtumq; decretū eſt, quod populi ſententia perrogatū eſt. Victores quoq; præmia non accipiunt bellorum, niſi iudicata. Quomodo ergo nō abſurdum eſt, omnia iudiciorū arbitriū expectare, ſolam verò præſentem legem Iudicum ſubterfugere cognitionem?

Contradictio. Sanè inquit, ſed magnæ ſunt mœchorum iniuriæ.

Solut. Quid aūt? homicidarū ſcelera nonne ſūt grauiora? an ne proditores alijs ſceleſtis minores arbitramur? an ne ſacrilegi ꝓditorib. peiores sūt? Attamē in his criminib, deprehē.⁹ Iudicū examini ſubiacet, neq; ꝓditer pęnas dat, niſi decernēte Iudice, neq; perimit͛ ⁱicari⁹, niſi eo, q̄ accuſat, coarguēte delictū, neq; q̄ nominib⁹ dicata pręripuerūt, puniunt͛, antē q̄ Iudex admiſsū cognouerit ſcelus. Nōne ergo iniquū eſt, maiora Iudicū vindictę reſer-

reſeruari neq. quicq̃ eorũ criminis loco, niſi iudici liqueat æſtimari, ſolũ aũt adulterũ ſine cognitione interfici? quẽ in primis, quia leuior in eo, q̃ in cæteris, culpa eſt, iudicũ examini ſubijcere oportuit.

Atqui refert, inquit, occidam adulterum, nam iudicibus tradam, ſi vtraque via morte pœnas luet? Cõtradictio

Quantũ inter Tyrannũ, ac legẽ, popularẽ ſtatũ, ac vnius principatum differt, tm̃ iſta inter ſe diuerſa ſunt: Tyrãnus. n. vnũquẽque pro libidine ſua perimit leges aũt conuictũ iuſtè occidũt. Et populus diſceptatione oĩa, atque contentione tractat, quo ſint explicatiora oĩa, at rerũ dñs ẽt in dicta cã occidit. Contra populus, & lex indicta cã non occidit, ſed oĩa ab rerũ Dñis, & Tyrannis diuerſa facit. Quid ergo? multũ no intererit occidere adulterũ, & iudicũ ſententijs puniendũ tradere? Ad hæc quoque, q per ſe adulterum occidit, ſeipſum arbitrum pœnæ admiſſi ſceleris facit, qui vero iudicibus tradit ipſum, penes illos vult eſſe poteſtatem, iuſque animaduertẽdi. Neminẽ igitur dubitare crediderim, quin æquius ſit, eius, qui accuſatur, arbitrium eſſe, apud iudicẽ, q̃ apud accuſatorem. Quin ẽt, qui ſuo arbitratu adulterium occidit, alterius rei gratia occidere ipſum, aduerſum ſe ſuſpicionẽ relinquit, at qui iudicio exhibet, ſolum iuſte ſectari, præſentiſq; ſceleris dolorem videbitur vlciſci Solutio

Eſto, inq̃t, ſed grauiores dabit pęnas ſubito Cõtradictio

Digitized by Google

bito peremptus, quoniam ſi ad iudices deferretur, illam temporis intercapedinem pro lucro haberet.

Solut. At cōtra porrò habebit, ſi iudicib. ſubijci. ť. Etenim iudicio deſtinatus acerbiorē vitā exiget. Nā qui pęnā expectat, grauiora ſupplitia, quā ſi illā fuiſſet illico paſſus, ſentit. Qui pęnæ dilatio pęnæ videbitur additio, morireturq. ſæpè, qui iā ꝓ mortuo habitus eſt, expectationēque ſuſtinebit morte duriorē. Atqui occiſus de īprouiſo adulter, nō dolet, ſenſumq; mortis pęnę celeritas aufert, insēſibilis .n. eſt exitus, qui anteq̃ expectet, contingit. Mors autē ſæpius expectata, poſtquā ſemel illata, pęnas expectatione adauget. Age veró, ſi libet, cōſidera hęc cōferq. inuicē. Ille per ſeipsū occidit ad alterū, nullūq. facit vltionis ſuæ teſtē alius iudicib. tradit, multoſq. adhibet ſupplicio ſpectatores, acerbior haud dubio vltiōis mod⁹, ꝗcūq; eſt oculis pluriū ſubiect⁹. Et optabilius alioꝗ adulteris, vtcunq; fuerit occultè pire opinionē, apud pleroſq; relicturis, inimicitiæ cā eſſe occiſos. Cōuicto aūt apud iudices crimine indubitatā iā re⁹, & nullis obnoxiā īterpretationib. pęnā ſubibit. Itaq. plurimū intereſt, adulter an occultè trucidet, an iudicibus tradať afficiendus ſupplicio.

Contra dictio. Rex atrox eſt adulter, omnium ſcelerum magnitudinem ſupergreſſus.

Solut. Coarguať ergo prius, hinc occidatur, iudiceturq; potius, quàm pęnas ante cogni-

gni-

gnitionem incerto crimine, indictaque cauſa luat. Quòd ſi publicè necabuntur adulteri, certiorem facient procreationem, neque quiſquam cuius ſit filius deinceps dubitabit, vbi paterni nominis inſidiæ, adulteria fuerint adempta. Itaque cum ſit adulterium publica quædã rerum naturæ iniuria, publica quoq; ſententia plectatur. Vereor enim, nè adulter ſecreto occiſus, multos poſt ſe alios relinquat. Nam quia, cur occidatur, neſcitur, eius improbè facta multi imitabuntur. Sic eiuſmodi pęna non adulterij finis, ſed exordium erit.

Scholia.

Legiſlatio, &c. Alij ꝓmulgationem legis appellant. De qua ſic. Quintil. lib. 2. cap. 4. Legum laus, & vituperatio iam maiores, ac propè ſummis operibus ſuffectur as vires deſiderãt, quæ quidem Suaſorijs, an controuerſijs magis accõmodata ſit exercitatio, conſuetudine, & iure ciuitatum differt. Apud Græcos enim lator earũ ad Iudicem vocabatur, Romanis pro concione ſuadere, ac diſſuadere moris fuit. *Legiſlatio.*

Lex inuẽtio Deorũ, &c. Demoſthen. in Ariſtogytonẽ, orõne priore, *πᾶς*, inquit *ὁ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεοῦ, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων*, &c. Id eſt. Omnis lex inuentũ, ac munus Deorũ eſt, Decr. prudẽtium hoĩum. Cic. Phil. 10. Lex inquit, nihil aliud eſt, niſi recta, & a numine Deorũ tracta ratio imperãs honeſta,

 pro-

prohibenſque contraria. Idem 1. de leg. Lex inquit, eſt ratio ſumma inſita a natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibet;quæ contraria.

Quibus negotialem, &c. Cic. 2. de Inuentione, duas generalis conſtitutionis partes facit: Iuridicialem, ac negotialē. Hanc ait in ipſo negocio iuris ciuilis implicitam controuerſiam habere. In ea autem quęritur iuſtum ſit, an iniuſtum, vtile an inutile, vt ait Marcus Fabius Victorinus.

In exemplum.

Nec mihi, &c. Solon conſtituit fas eſſe deprehendenti męchum interficere in ipſo adulterio. Et nono de legibus Plato ſanxit Adulteram deprehenſam impunè occidi a viro poſſe. Idem cēſuit Cato cuius meminit. Gellius. Et Auguſtus legem Iuliam tulit, gladioque iuſſit in adulteros animaduerti.

Iudicū ſententiam non expectat, &c. Non licet, inquit, adulterum occidere, niſi iudicum ſententijs damnatum. Et Valer. Publicola tulit legem, qua neminem licebat indicta cauſa necare.

Diſcrepant, &c. Ciuitatib., inquit, alijs alię sūt leges. Eſt ꝓuerb. Lex, & Regio. Sed q̄ ſunt alijs contrariæ, cū alijs conueniunt: Atqui lex de occidēdis indicta cauſa adulteris, diſcrepat ab omnibus.

Duces bellorū, etc. Inductione, vel enumeratione vtit. Imperat. inquit, populi, Iudicum, atq; magiſtratuum ſuffragijs creati,

creati, bella gerũt, & cũ hoſtib. manum conferũt. Et capitale, apud Carthaginẽſes erat, ſi quis iniuſſu populi pugnaſſet infæliciter. Vnde Annibal amiſſæ claſſis pęnas dare timens, offenſam aſtutia mirè auertit. Vide Valer. lib. 4. c. 3.

Plebiſcita, &c. Vide Gel. lib. 10. c. 20.

Qui pęnam expectat, &c. Multò grauior expectata, quàm illata mors eſt. Quippe certi ſupplicij dilatio pœnam adauget. Vnde Ouid. 1. de Ponto.

Et grauior longa fit ſine pęna mora. *Et tertio.*
Mitiꝰ ille perit, ſubita, q̃ mergiť vnda,
Quã ſua, q̃ liq̃dis brachia laxat aquis.

Vnde Rex Macedon. Philippus, ſubitã mortẽ lentæ præpoſuit. Qui cum interrogaretur: Quis homini finis maximè optandus eſſet, reſpondit: Qui ſubitus, & celer inopinato ferro poſſit accidere. Vide Oroſium li. 3. c. 14. Et Iulius Cæſar ſubitam, ac celerẽ exoptauit mortem, vt ſcribit Suetonius Tranquillus. *Finis optandus.*

Exempla.

Confutatio legis.
- Roſciæ, qua Roſcius Otho cauit, ne quis in ordine equeſtri ſpectacula videret, niſi haberent ſeſtertia quadraginta. *Lex Roſcia.*
- Talionis, & eius, quæ iubebat corpus diſſecari eius, qui multa creditorib. deberet, nec eſſet ſoluendo. Gell. lib. 20. cap. 1. *Talionis.*

Digitized by Google

Confirmatio legis:

Cincia Cinciæ, q̃ Cincius tulit, qua cauebat̃, né q̇s ob cauſam orandã pecuniã acciperet, aut donũ. Cuius ſuaſor Q. Fabiꝰ admodũ ſenex, vt ait Cice. in Catone maiore.

Sumptuarius. Sũptuariæ, de qua Gell. lib. 2.c.24.

Fuſia. Fuſiæ, qua malis, ac pernicioſis legibus reſiſtebatur.

Voconia. Voconiæ, quam ſuaſit M. Cato, vt ait Cic. in Senectute. Vide Gellium li.17.c.6.

Oppia. Oppidę, q̃ tulit M. oppiꝰ, nè mulieres ſuperfluo ornatu vterent̃, neve pilentis, ideſt rhedis pẽſilibus veherentur. Vide Liuiũ in principio quarti libri Macedõ.

Exemplum confirmationis Legis. Oppia.

Exordium a legislatoris encomio. M. Oppius tribunus plebis fuit, ſummæ proculdubio prudentiæ vir, qui publici magis commodi, quam gloriæ priuatæ ſtudioſus, hanc vtiliſſimam omnibus Imperijs legem tulit, a ſuo nomine dictam Oppiam.

A contrario. Quæ ſi, iuxta M. Fundanij, & L. Valerij, ſententias, abrogaretur, omnibus alijs legibus repugnaretur, quæ volunt in republ. viuendi rationem honeſtam conſeruandam eſſe, nõ ſuperbiæ, ſed virtutum ſtudia ſemper excolenda.

Quæ

Digitized by Google

Quę per ſuperfluos mulierum ornatus cōtaminari, imò perditū iris, quis nō videt? Eteni cultu nimio cōſpicuę fęminę non ſolū in ſe cōuertunt virorū oculos, sed ēt animos in libidinē rapiunt. Illecebroſo .n. nuptiarū amictu pellecti viri, nitorē admirantur, ac ſequuntur, donec telo iecur ictum findatur, pudicitiæque fiat naufragiū. Rectè igit Ieſus Syrach. Auerte inquit faciē tuā a muliere compta, & nè circūſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciē mulieris multi perierūt, cū aūt, vt prouerbio dicitur, Ex aſpectu naſcatur amor, aiunt Democritum ſibimet oculos ademiſſe, tāquam omnium malarum cupiditatum authores. Cuius meminit Gellius lib. 10. cap. 17. A manifeſto.

Quòd ſi reliquæ leges, quæ maximā Reip. vtilitatem adferunt, ſanctè cōſeruantur, cōtra earum placita fuerit, eam è medio tolli, quæ cum optimis ſentiens Reipub. ſtatum incorruptum cōſeruat, ac illuſtrat. A legitimo.

Liciniam, vel Aemyliam legem qua frugalitas exigebatur, admiſit ordo ſenatorum, ac tribunitia poteſtas, quantò iuſtius eam admiſerint, quæ modeſtiam introducit, & ſuperbiam, omnium malorum radicem explodit? A iuſto.

Nulla res vberiora cōmoditatis bona poterit ad Reipublicæ ſtatū immaculatum conſeruandum importare, q̄ lex Oppia, quæ libidinem, faſtum, ac omnē inſolentiā intolerabilē reprimit mulie- Ab vtili.

rum, quarum mala tot prouerbijs locũ fecerunt. Quæ, quò minus habẽt mẽtis, tãto inhoneſtis voluptatib. sũt addictiores. Quantum aũt ruboris ciuitatib. omnibus mulieres turpiter ac impetẽter ſeſe gerẽdo, incutiũt, tantũ laudis afferũt grauiter punitæ, queadmodũ illæ, de q. bus olim Senatus Rom. iuſta ſeueritate mandauerat Spurio poſthumio, & Q. Martio Philippo Coſſ. vt de ijs, q̃ ſacris Bacchanalium inceſtu vſæ fuerunt, inquirerent, & in oẽs intra domos cognatas aĩaduerterent, damnarentq. Multæ igitur damnatæ fuerant, lataeque patẽs opprobrij deformitas, ſeueritate ſupplicij emendata, vt ait Valer. lib. 6 cap. 3.

Cõtradictio. Sed ais: fęminis olĩ vini vſus fuit interdictus: Verùm nè triſtis earũ, & horrida pudicitia, ſed elegãti ornatus genere ornata eſſet, indulgẽtib. maritis, & auro abundanti, & multa purpura ſunt vſæ.

Solut. Eſto. Sed authore Valerio, tunc nulli ſucceſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur, ſed pariter, & videre, & aſpici mutuo pudicé dabatur: nũc alij ſunt mores, alia tempora.

Concluſio. Non opus eſt pluribus verbis, cum Oppiam legem approbatu digniſſimam eſſe conſtet, vtpoté omnis luxuriæ atque ſuperbiæ expultricem, omniſque contra pudicitiæ, atque modeſtiæ conſeruatricem.

Digitized by Google

Secundum exemplum confirmationis legis, Quæ iubet, vt liberi parentes alant, aut vinciantur.

CVm nihil tam ſanctum ſit, quod non aliqua ſoleat impia temeritate violari, ſapienter promulgata lex eſt, quę licentioſam filiorum in parentes iniuriam coerceat, ac pietatem, quę, vt Cicero ait, fundamentum eſt omnium virtutum ſanctè colendam atque conſeruandam velit, iubens, vt liberi parentes alant, aut vinciantur. *Huius legis meminit. Quint. lib. 7. cap. 7.*

Quid autem naturæ, quam optimã, vt Cicero ſcribit, ducem, & tanquam Deum ſequi debemus, tam conſentaneũ fuerit, quàm eos, vnde vitam accepimus venerari, confectoſque ſenio, & omni ope humana deſtitutos, beneficijs proſequi, atque nutrire. *A cõuenienti.*

Hoc ipſum lex diuina requirit, ac iubet, vt parentes honoremus. Exod. 30. Item, Si qua vidua liberos ac nepotes habet, diſcat primum propriam domũ pie tractare, & vicem reprehẽdere maioribus 1. Timoth. 5. Quippe dijs, parentibus ac magiſtris non poteſt æquiualẽs reddi, vt ait Ariſtot. 9 Ethic. *A legitimo.*

Quid. n. iuſtius, ꝙ ſi parentes a te mutua charitatis, & beneficiorũ officia perceperint, iuxta prouerbiũ *ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδας*. Iniquiſſimũ. n. habetur, ijs, ꝗ noſtra cauſa tot moleſtias, atq; labores perpeſſi ſunt, malam gratiam referre, ac arietum more, nutricationis mercedem *A iuſto.*

per-

perſoluere, hoc eſt, pro benefactis maleficium reponere. Quod tam atrox crimen eſt, ac deteſtabile, vt iuſtiſſimè pari quadam vindicta parẽtum, ac Deorum violatio ſit expianda.

Ab vtili. Vix vllũ Dei pręceptũ inuenies, ꝙ promiſſionis diuinæ præmiũ habeat adiunctum ꝑter illud, quo parentes honorari iubetur. Exo. 20. Vbi Deus omnipotens promulgata lege pollicetur longã vitã, atq; cœleſtem benedictionẽ ijs, qui parentes amore, beneficijſque fuerint proſecuti. Quod idem docet Eccleſiaſt. c. 3. Qui honorat patrem ſuũ, iocundabitur in filijs, & in die orõnis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrẽ ſuũ, vita viuet lõgiore, et q obedit patri, refrigerabit matrẽ. Qui timet Dñm honorat parentes, & quaſi dñis ſeruiet his, qui ſe genuerunt.

Cõtradictio. Solut. Honorare quidẽ parentes, aſſurgere, & caput aperire poſſum, ſed nihil dare eum, ipſe rerum mearũ indigeam, atque norim, quàm ſit mihi curta ſuppellex.

Recté Plutarch. inquit *λιμῷ γάο ὐ δεν έσιν ἀντειπεῖν ἔπος*. Hoc ẽ cõtra tamẽ nulla cõtradictio. Nõ officioſus orõnis fucꝰ inopiã parẽtũ tollit, ſed cõpẽſatio beneficiorũ, & adminicula, q verbo tenus amici sũt, nõ amici, ſed adulatores habẽtur. Vnde Eccleſiaſt. In opere inquit, & ſermone, & omni patiẽtia honora patrẽ tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio a Deo. Et S. Io. Filioli mei, ne diligamus verbo, neq; lĩgua, ſed opere, & veritate.

Vi-

Videmus hoc vulgo cõtingere ſolitũ, vt qualis quiſq; fuerit in parentes, tales experiatur in ſe liberos. Exẽplo ſit ille, qui cũ a filio crinibus ptraheretur, ventũq; eſſet ad domus limẽ: Deſine, inquit, fili, nã & ego patrẽ hucuſque. Et accuſatus ille, qđ patrem pulſaſſet hoc modo defendit in piũ facimus. Et ille inquit, patrẽ ſuum verberauit. Et his, oſtẽſo filio, me verberauit, poſtquã adoleuerit. Primus iuxta Ambroſij ſententiam pietatis grad⁹ eſt iſte, vt quos autor. vitæ voluit eſſe De⁹, honores obſeq̃js, abſtineas cõtumelijs. At qui contẽpſerit, aut maledixerit patri, atq; matri, extinguet lumen ei⁹ in medijs tenebris, et oculũ ei⁹ corui iuxta flumẽ effodient. Prouer. 20. & 30. *Anegleƈta pietatis incõmodo ſequẽte.*

Nec res ardua, neq. dura factu parẽtes venerari, atq. alere, cũ filijs corpora integra ſana, ac robuſta ſint a Deo cõceſſa, quo poſſint imbecillib. victũ q̃rere, nec ætate confecti multa requirunt, cũ effętorũ emarcuerint vires, cũ edendi cupiditas abſumpta, cũ adẽpta voluptas atq; luxus, cũ deniq; natura, maximè ſenſũ, paucis contenta ſit. Reſpice Pollionem Romulum, qui centeſimum ingreſſus annum non magno ſumptu, ſed exiguis impendijs corporis vigorem ſeruaſſe legitur, intus nullo foris oleo. *A poſſibili & facili.*

Valde moleſtũ eſt illos fouere, q faſtidioſi sũt, ac nauſeoſi, qb. edẽtulis gingiua frãgẽdus panis intermi, vt ait Iuuen. *Cõtradiƈtio.*

Iſta vox bouis eſt, non hominis. Quod *Solut.*

ſi ra-

ſi rõnis exps ciconia parẽtes nõ auerſat, neq; faſtidit, ſed dfectos ſenectavicisſim alit, & volãdi ĩpotens humeris geſtat, vt de natũ ſit ꝓuerbiũ αὐτιπελαργεῖν q̃d feris ĩmanior, mutuã officij vicẽ gratis repẽdere max nutricãdi fouẽdique eos, a quib⁹ aliqñ fuerit enutritus?

Cõtradictio. Sed admodum eſt difficile, eos alimẽtis ſuſtinere, qui moroſi, inutiles, deliri ſunt, & iracũdi, vt Sophoclis filij patrem merito videantur accuſaſſe, &c.

Solut. Parẽtũ mores, et vitia noueris, nõ oderis. Illud officij tui ſcias eẽ pietatẽ colere legibuſq; ſacris obtẽperare, ſuſcipe igit̃ ſenectã pr̃is tui, & nõ cõtriſta. Si defecerit ſenſu, veniã da, & nõ ſpernas eum in virtute tua. Eccl. 3. Q̃d ſi feceris, ad fortunatã cũ laude ſumma peruenies ſenectutẽ, q̃ Bion ille Boryſthenites malorũ appellauit portum, eoque properãdum omnibus malorum finem ſperantibus.

Cõtradictio. Sanè quidẽ, ſed quis tã pius eſt, q̃ poſſit æquiore aĩo ferre tot moleſtias, atq; labores nutriendi eos, quorũ bis puerorũ ſenum paupertas ſordida, atque miſeriæ queant alicui horrorem incutere?

Solut. Non diffiteor, egenorũ ac ſenũ parentum horridam atq; miſeram conditionẽ eſſe, vt Diogenes percontanti, quid eſſet in vita miſerrimũ, reſpondit: Senex egenus. Atqui tu veræ pietatis adfectu flagrans, oẽ tædium deuorabis, cunctoque pſidio deſtitutos ſuffulcies, quem olim te parentes genuerunt, futurã ſenectutis

ſuæ

ſuæ baculũ ſolatiũ vitæ, & ſpẽ poſteritatis. Admodũ piè quondã illa fecit Ethnica fęmina, q̃ patrẽ, cuſtodię traditũ, iam vltimæ ſenectutis, velut infantẽ pectori ſuo ad motum aluit, vt ait Valer. l. 5. c. 4.

Sed iniquis, Mihi vxor alenda, liberi, numeroſa familia, idque in tãta annonæ grauioris caritate, vt nihil ſit reliqui, quod parentibus impertiri poſſim. *Contradictio.*

Nemo reqrit, vt liberalitatis tuæ benignitas maior ſit, q̃ facultates: Q̃uo potueris, ita miſericors eſto: ſi multum tibi fuerint, abũdanter tribue; ſi exiguũ, parcius, vt Tobias docuit. Quód ſi, iuxta S. Iacobi ſniãm, is qui nulla charitate p̃ditus, fratrẽ oderit, homicida eſt; itẽ, q̃ viderit egẽtem, & ab eo clauſerit viſcera ſua, reus habet̃ eiuſdẽ criminis, quanto magis erit is homicida, imó parricida, q̃ parentes inedia cõtabeſcere, ac rerũ inopia marceſcẽtes, perire ſuſtinuerit. In qđ bipedũ nequiſs. hoĩum genus ſapientes olim, viri ſuppliciũ excogitarunt ſingulare, vt quẽ ipſa natura in officio retinere non potuiſſet, is magnitudine pęnæ maleficio ſummoueretur. Inſuebatur. n. parricida culeo, cũ cane, gallinaceo, vipera: & ſimia, & inter eas ferales anguſtias cõprenſus, in vicinũ mare, vel amnẽ proijciebatur. Etenim ei repente cęlũ ſolẽ, aquam, & terrã ademerunt. vt qui eũ necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus, ex quib. omnia nata eſſe, dicũtur, vt ait Cicero pro Roſcio Amerino. *Solut.*

Ergo

Concluſio. Ergo ꝗbus pietas eſt curæ, promulgatã de parentibus alendis, atq; ſuſtentandis legẽ tuebuntur, atq; conſeruabunt, cum multarum virtutũ: atq; præmiorũ diuinorum fons ſit vberrimus, & origo.

Tertium exemplum comprobationis legis, qua apud Heluetios cauetur nequis inuitatione adhibendum vrgeatur.

MVlta quidẽ prȩclaré in ſua ditione inſtituũt fortiſs. libertatis ſuæ defenſores Heluetij, ſed nihil ꝑclarius, nihil laudabilius, nihil Reipubl. vtilius, ꝙ qđ ab illis nuper ſcitũ eſt, nã cum per ebrietatẽ paſſim peccari viderẽt, vt aditꝰ ad id vitij oẽs ꝑcluderẽt, in ſua ditiones ſtatuerunt, ne cui deinceps alios vulgarium iſtarum inuitationum prȩtextu ad ebrietatẽ ſolicitare impunè liceat. Quid aũt, per Deũ immortalem, aut honeſtus, aut ꝑclarius temperantia, atque omnis vitæ moderatione? Imó quid ſine hac, vel in ciuitatũ curijs, vel populi cõcionibus, vel principiũ aulis, rectè, aut conſulitur, aut conſultũ facta præſtatur? Sed hæc in peruerſa illa bibendi neceſſitatẽ, ꝙ per inuitationes illas mutuas irrepſit vipere non poteſt, citius.n. ex pumice aquam hauſeris, ꝙ ebrio ſobrium, aut dictum, aut factũ ex torſeris. Quòd ſi ſobrietas, ac vitæ moderatio ſola eſt, ꝙ omniũ virtutũ officia parit, alit, cõſeruat, ac tuetur: rurſum ebrietas omnem mentis

vſum

Digitized by Google

vſum puertit, oẽm vitæ humanæ dignitatẽ cõmaculat, an non votis oĩbus expetita erat lex ea, q̃ & ſiſteret ebrietatẽ, & potionis moderationẽ ꝓcuraret? Quid aũt perinde vtile, atq; in Repub. cauere né ſit impune illud cuius licentia omnia corrũpit, oĩa perdit: Quid.n.tã emollit, imó frangit, & aĩos, & corpora ciuium, q̃ liberior comeſſatio, cõpotatioq;? An non Reſpub. Rom. quamdiu frugalitatem ſeruauit, tãdiu aduerſum oẽs hoſtiũ inſultus in expugnabilis ſtetit? At poſtea quam luxu certari inuicem cæptum, ita cecidit, vt ne ruinæ quidem veſtigia aliqua ſuper ſint. Nã Annibal, tum primũ vinci cædit a Romanis, cum exercitum ſuum Campano luxu ſolui eneruarique paſſus eſt. Vnde tot inſani amores? tot ſtupra? tot adulteria? niſi ex otioſorum hominum temulentia? Verum n. eſt illud, Sine Cerere, & libero frigere venerem. Vnde tot rixæ? tot vulnera? tot cædes? niſi ex temulentorũ cõpotationib.? Cui alij tot, ac tantas rei familiaris diſſipationes, tot patrimoniorũ abligurationes debem⁹, q̃ cõuiuijs ebrietatẽ ſolutis atq. horũ parẽti luxuriæ? Quæ res, tam multos adoleſcentes, alioqui feliciſs. natos, ab artiũ optimarũ virtutũque cultu adducit, quã ſtudium cõputationum? Primũ corporis otiũ, mater eſt variarũ cupiditatũ, qđ ſi huic cõputandi quoq; licentiam, addideris, quæſo te, qui fieri põt, quin in animis parũ firmis, pro virtutum

tutū bonarūq; artiū cultu oīum libidinū ſeges ſenſim pullulescat? Qđ ſi ſpes oīs in hac ætate rectè formāda, velut agricolis in herba poſita eſt, nihil poterat ea lege excogitari vtilius, q̄ ꝙ vi ū oēm eā ſpē ſemel ꝑcidit, hoc tollit. Neq; .n. audio eos, qui in tanto errantiū cōſenſu nihil valiturā legē iactant. Nihil .n. vel rectius imperatur, vel facilius recipit, q̄ ꝙ tacitus naturæ ſenſus non poteſt non probare, Quis autē tam efferatus, & ab oī humanitate remotus eſt, cui non rem recta via reputanti, ſupra q̄ natura poſtulet, ad alienæ ſtultitiæ præſcriptū bibere, naturæ inimiciſs. eſſe videat. Cōpororis hoīs priuati puerilis, & ſtultus affectus, vt me ipſe ebrietatis probro afficiā, perſuadebit, & patrię, in cuius verba iuratum eſt ea oībus æquiſſima cunctiſq. ſaluberrima lex, vt ſobriè agam, & me hoīem eſſe meminerim, nō impetrabit? In gratiā ne poteris alicuius immodica potione, ita me proſternā, vt præter figurā humani mihi reliquū ſit nihil, & populi fortiſſimi laudatiſſimiq. cui parere ſumma eſt vtilitas, legem oīum ornamentorum vitæ patentē, & altricē recipere grauabor? Amplectenda ergo omnib. ea lex, qua nihil, neq, honeſtius, neq. præclarius, neq; facto iucundius fortiſſimi populi magiſtratus ferre potuere.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Henricus Clericus publica authoritate corrigebat.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google